Bibliothèque numérique

medic@

Browne, J. Myographia Nova sive Musculorum omnium (in Corpore Humano hactenus repertorum) accuratissima descriptio...

Londini, 1684.
Cote : 273

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00273

Myographia Nova

SIVE

MUSCULORUM

OMNIUM

(In Corpore Humano hactenùs repertorum)

Accuratissima Descriptio, in

Sex *PRÆLECTIONES* Distributa.

Nomina Singulorum

In suo quæque Loco, situque Naturali, in Æneis MUSCULORUM Iconibus exarantur: Eorum item Origines, Insertiones, & Usus, Graphice Describuntur, Additis insuper ipsius *AUTHORIS*, & aliorum Nuperrimis Observationibus & Inventis.

OPERA & STUDIO

JOANNIS BROWNE, *Serenissimi* CAROLI *Secundi, Britanniarum Regis, Nec-non Nosocomii Regalis, quod est ad* D. THOMÆ, *Chirurgi Ordinarii.*

BIBLIOTH. FACUL. MEDIC. PARIS.

LONDINI,

Excudebat *JOANNES REDMAYNE*, Celsissimi Principis JACOBI Ducis Eboracensis Typographus. 1684.

Celsissimo Principi

JACOBO,

Eboraci & Albaniæ Duci, Ultoniæ Comiti, &c.

Et quod omnes Titulos,

Omne Decus Nomenque suâ unius claritudine præstringit,

Caroli Secundi

Serenissimi Sapientissimique Britanniarum REGIS, uno Providentiæ Miraculo restituti, perpetuo servati, Amico certissimo, ac Germano FRATRI.

Celsissime PRINCEPS,

CUM Musculi sint Virium Humanarum Fundamenta, cui potiori jure consecratur ea, quæ de his a nobis instituitur Tractatio, quam tibi fulcro ac Tibicini rerum Britannicarum, cujus Corporis Heroici Divinum robur, animique in Dubiis aut afflictis rebus inconcussa firmitudo terrâ marique tam insignia extiterunt, ut nulla gens tam barbara, tam dissita reperiatur, tamque a famæ tuæ celebritate aliena, quo tui nominis ingens admiratio, cum metu quodam & formidine conjuncta non pervasit. *Fortitudinem Prudentiamque* tuam, sicut, debent agnoscunt *Hispani*, sensere *Galli*, & ad earum vel levissimam mentionem ac memoriam totis artubus contremiscunt *Belgæ*, adeo ut Sanguine Reg-

Regno conjunctissimus, virtutibus tamen Regiis, conjunctior videaris.

Tibi itaque (Celsissime Princeps) hasce Musculorum omnium Iconas novâ Methodo delineatas & expressas, (quasi tot votivas Tabulas pro vitâ exoptatissimâ tuâ primum à fluctuum deinde à tetriori Schismaticorum rabie Supremi Numinis auspicio liberatâ) Humillimé dicat consecratque

Celsitudinis tuæ.

Cliens Devinctissimus

& Servus Humillimus.

J. BROWNE.

Iconismos

Iconiſmos Hoſce Anatomicos cum eorum deſcriptionibus, Dignos Judicamus qui Imprimantur.

Daniel Whyſtler, M. D. Præſes Colleg. Regal. Medicor: *Londin.*
Tho. Whitherley, M. D. Med. Reg. & Colleg. Medicor, *Lond.* Elector & Cenſor.
Joannes Atfeild, M. D. Cenſor.
Edvardus Browne, M. D. Cenſor.
Thomas Alvey, M. D. Cenſor.

Iconiſmos hoſce Anatomicos de univerſis Corporis Humani Muſculis, tam in ſitu naturali, quam extra ſitum poſitis, cum ſuis nominibus etiam propriis cuique adjunctis ſummo artificio, a *Joanne Browne* Regio Chirurgo Ordinario expreſſos & ad vivum delineatos, Omnibus Anatomes Studioſis, Omnibuſque Medicinæ Chyrurgiæque Tyronibus perutiles eſſe Judicamus.

Carolus Scarburgius, Eques Auratus, M. D. Medicus Regius Primarius & in Colleg. Med. *Lond.* Anatomes & Chirurgiæ Profeſſor Publicus.
Gulielmus Croune, M. D. Colleg. Med. *Lond.* Socius, & in Theatro Chirurgorum Anatomico Muſculorum Prælector.
Edvardus Browne, M. D. Colleg. Med. *Lond.* Socius, & in Theatro Chirurgorum Anatomico Viſcerum Prælector.
Thomas Page, Magiſter Societatis Chirurgorum *Londin.*
Edvardus Cockain, Guardianus ejuſdem Societatis Chirurg. *Lond.*

b Muſculorum

Musculorum Iconismos summâ Industria propriisque Sumptubus Dom. *Joannis Browne*, Regii Chirurgii Ordinarii elegantèr Sculptos, Omnibus Æsculopii Filiis esse Judicat.

Tho. Allen, Med. Reg. Ordinar. Nec-non Colleg. Regal. Med. *Lond.* Socius, & Hospitii Mente Captorum Medicus Singularis, ejusdemque Guardianus.

Paræneſis Medicorum Noſocomii Regalis, quod D. *Thomæ* Dicatur.

Haſce Muſculorum omnium in Humano Corpore Iconas, à Dom. *Joanne Browne*, Sereniſſimi Regis Britannici nec-non Noſocomii Regalis (quod D. *Thomæ* nuncupatur) Chirurgo Ordinario, graphicè & novâ methodo delineatas, tam in Authoris Peritiſſimi laudem, quam Reipublicæ literariæ commodum (ſi publicâ Luce donentur) ceſſuras Judicamus.

Gulielmus Dawkins, M. D.
Gulielmus Briggs, M. D.

Socii Coll. Medicor. *Lond.* & ejusdem Noſocomii Regal. Medici Ordinarii.

CAROLUS

Carolus R.

CAROLUS Secundus, Dei Gratiâ, *Magnæ Britanniæ, Franciæ* & *Hiberniæ* Rex, Fidei Defensor, *&c.* Subditis nostris universis cujuscunque gradus, ordinis, aut conditionis intra Regna ac Dominia nostra, salutem.

Quandoquidem nobis in comperto est, fidelem ac perdilectum nostrum *Joannem Browne, Armigerum*, ex Chirugis nostris Ordinariis unum, non solùm summâ arte, verum etiam Sumptu non exiguo, delineasse descripsisse & in Æneas Tabellas ob oculos possuisse graphicos Iconismos Anatomici Tractatus de Musculari dissectione, cumque ejus in hac parte Opera Studiumque fæliciter collocatum nobis meritò probatum acceptumque sit, ità ut nihil obstet quo minus ejus in supellectili anatomicâ augendâ ornandâque arduos conatus *Regio nostro Diplomate* muniamus, quo ejus & præteritos labores in arenâ Chirurgorum cum laude exantlatos voluntatis ergà se nostræ significatione coronemus, & de futuro ei studium accendamus de re Anatomicâ porrò bene merendi, idcircò hoc Edicto nostro *Imperiali* sansimus & statuimus, & omnibus in universum subditis nostris intra hæc Regna ac Dominia nostra notum facimus, placere nobis, ut Privilegium imprimindi prædictum tractatum Anatocum cum ejus Æneis Tabellis aut Figuris Prædicto *Joanni Browne* de integro permittatur, severissimé injungentes, Prohibentes interdicentes omnibus & singulis subditis nostris Ditioni nostræ ubicunque subjectis, ne hujus Libri ulla exemplaria, nevè Iconismos vel descriptiones ejus, in quocunque Volumine, importent, emant, ven-

vendant, aut alibi impressa ullo modo distribuant per decursum quindecim annorum, ab hujus Diplomatis ærâ computandum, citrà consensum & approbationem prædicti *Joannis Browne* Hæredum, Executorum, & Assignatorum, ejus, qui autem secus fecerint, se contemptum & pervicaciam suam non nisi ultimo periculo luituros; Speciatím vero Guardianis & Societati Stationariorum Civitatis nostræ *Londini*, ut & Redemptoribus, Commissionariis aut Officiariis quibuscunque, quibus portoria nostra curæ sunt, & omnibus aliis Officiariis & Ministris nostris quos hoc negotium ullatenus attingit, firmitèr injungendo mandamus, ut Regiæ in hac parte voluntati nostræ debitam obedientiam præstari curent.

Dabatur apud Palatium Nostrum de *Whitehall* 22*do* die *Novembris* Anno Regni nostri 33*tio*.

Ad Mandatum Regis.

L. JENKINS.

Clariſſimis Doctiſſimiſq; Viris D. D. Prælectoribus Anatomicis, Magiſtro, Cuſtodibus, Fratribuſq; Societatis Chirurgorum *Londinenſium*, Myographicam hanc Exercitationem lubens ac meritò Dicat, Dedicatq;

J. BROWNE.

Viri Clariſſimi,

INter cætera ingenii ſolertiæque humanæ monimenta poſterorum præconio aut imitatione digna, humani corporis Anatomica reſolutio, qualis ea hoc ſæculo ſubtiliter & minutim exculta eſt, nequaquam eſt ultimo loco prædicanda. Nam ut corpus noſtrum eſt animæ quaſi Templum quoddam, unde illa, conſcia præſentium & futurorum ſæpenumerò præſaga, oracula ſua fundit, & ex initiis atque cauſis rerum de exitu earundem inſtinctu afflatuque quodam Divino hariolatur, ita culter Anatomicus *quaſi* maxumum Pontificem *refert, vel quem* Hebræi *dicerent* Magnum Sacerdotem, *cui ſoli licet intrà cortinam ingredi, & in iſtius Templi adytis ac penetralibus, non ſemel in Anno, quod eſt* Hebræorum ſacerdoti *tantummodo conceſſum, ſed quoties libet & quamdiù placet liberè ſpatiari. Utrumque autem ſive* animam *ſpectemus, ſive* Ergaſtulum *ejus, ut nonnulli vocant, quamvis, me Judice,* Palatium *potius dici debuiſſet, tantâ naturæ pulchritudine ac dignitate præſtat, ut dubium meritò videri poſſit, utrum corporis noſtri exquiſitiſſima compages, an mentis in Domicilii ſui jucundiſſimâ contemplatione majus ſit miraculum. Recludit ars noſtra, quæ, abſque hâc fuiſſet, ignotæ, & inauditæ hactenus jacuiſſeni, abditas morborum cauſas & ſymptomata, & viventium ſalus ope & adminiculo cultri anatomici eruitur è mortuorum truncis: adeò ut* Chirurgia & Medicina indubitati Hippocratis gemelli *non immeritò cenſeantur; illa ponit fundamenta, hæc molem & æmula faſtigia ſuperſtruit; ab utrâque autem communem operam auxiliumque præbente* Integer Apollo *naſcitur, qui ſine alterutrâ Mancus extitiſſet.*

Vobis *igitur,* Viri Apollinei, *in æternum officii cultuſq; mei teſtimonium ac monimentum* haſce Tabulas *conſecrandas duxi, in quibus ſi quid laude dignum reperiri contingat, hoc omne quantum*

tum quantum est, è vestro Penu Anatomico *proficisci lubens agnosco. Speciatim verò ingratissimus mortalium haberi & audire debeam, si* Præstantissimi Clarissimique Viri D. Doctoris Crouni, *egregiam erga me voluntatem & amicam opem in Musculorum quasi novo Orbe detegendo subministratam suâ laude ac præconio fraudari vellem. Fateor igitur me* Viro illi magno, *mihi sæpe in tenebris facem præferenti, tantum in hoc opere compingendo debere quantum homo homini debere potest, & ita ut mihi dubium planè sit attentiùs cogitanti, quid in eo prius aut vehementiùs admirer, sive Doctrinam ejus prorsus incredibilem, sive fidem, amicitiam, & humanitatem.*

Verbo dicam me quicquid è veteri & novâ Anatomiâ, quod quidem pertinet ad Musculorum Doctrinam, *autopsiæ & experientiæ propriæ adjungere potui, in unâ quasi Tabulâ exhibuisse, quò occupatos sublevare, Tyrones oblectare, & in universum omnibus prodesse possem.*

Nunc autem id unicè restat, nè tædio sim, ut Vos, *cum sitis Medicorum filii, Valere jubeam & aliis, Exemplo valetudinis anteire.*

Societatis vestræ

Cultor Devotissimus,

J. BROWNE.

Eximio Viro D. JOANNI BROWNE *De suâ Myographiâ.*

QUicquid agunt homines; Linguæ, Dextræque labores,
Quæ Cerebrum, Vultus, quæ Brachia, Lumina præstant,
Crura, Pedes, Digiti, Pectus, tua pagina stringit.
Quæ Regio in membris vestri *non plena Laboris?*
Tu Carnis pigræ clarissima munera pingis,
Et macerata luto meliori frustula rubra
Officiis vitæ monstras sublimibus apta,
Et quantum pollent humano in corpore partes
Molliculæ, crassique agitati mente lacerti.
Tu medias inter fibras, inque artubus ægris,
Occidui motûs nostri das visere causas,
Perpetuique Tui, ut Phæbo patri comes ibis
Per Tractus musarum omnes, per dissita Regna,
Immensasque plagas Famæ, venturáque sæcla.

Nath. Vincent, *S. T. P. Regiæ Majestati à Sacris Ordinariis, & Aulæ de Clare S.*

Viro Amicissimo pariter ac Doctissimo Joanni Browne, *De Myographiâ suâ nunc denuò recusâ, auctâ, Methodo naturæ, & Civitate Latii in exterorum gratiam donatâ.*

MUSCULUS humanos variè qui temperat artus,
Et movet assiduis Dædala membra rotis;
Qui modo permittit, laxas modo curtat habenas,
Et spatium arbitrio conficit omne tuo;
Qui standi præbet causas, causásque sedendi,
Et jacet in viridi mox resupinus humo;
Musculus ille tuâ tenebris exutus ab arte,
Debet inextinctum nunc tibi, *Browne*, diem.
Quondam alios patriis vicisti clarus in armis,
Cum novus Angliaco fulsit in orbe labor.
Ipsum te superas Medicâ nunc, *Browne*, Palæstrâ,
Et *Latio* servas optima vina Cado.
Perge ut cœpisti, docto nova munera sæclo
Tradere & assiduâ spargere dona manu:
Sic tibi dent dignos venientia tempora grates,
Et cingat meritas Laurea longa Comas.

Jo. Turner, *olim è Societate Christi apud Cantabrigienses, Nosocomio D.* Thomæ *à Sacris & Cæremoniis.*

Ad Peritissimum virum Dom. Joannem Browne, *in Anatomen ejus* *MUSCULAREM.*

REx olim & vates, ipso vel Numine plenus,
Abdita corporeæ speculando semina molis,
Obstupuit; subitus percussit Pectora terror;
Nec bene nota sibi poterat miracula fari.
Mirificâ, tandem, dextrâ, inquit, & arte tremendâ,
Humani vivens fabrefacta est Machina Mundi:
Dixit, & attonitus tacuit.
Quod si censetur Divini Opus Alcimedontis
Tam justis junxisse modis tam dissona membra;
Qualis *Browne*! Tuæ debetur gloria dextræ
Qui cultro cunctos vitæ motúsque per artus
Pandis iter, monstrans pars cur sit quæque creata.

J. Crowther.

LECTORI.

Benigne Lector,

IN priore noſtro *de Muſculis* Tractatu, qui eſt à nobis tribus ab hinc annis vernaculo Idiomate conſcriptus, non tam probè ut Oportuit curatum fuiſſe ingenuè fatemur; Prælo votis & expectationi noſtræ nequaquam reſpondente. In hoc vero curam, quam potui, diligentiſſimam adhibui, ut ordo & ſeries Tabularum *Sex illis Doctiſſimi Crouni in Aulâ Chirurgorum de re Muſculari Prælectionibus* penitus quadrarent, ubicunq; autem eas non eſſe accuratè & ad vivum expreſſas deprehendi, ibi novam mihi curam impoſui, atq; id egi, ſummo ubiq; ſtudio ac diligentiâ uſus, ut ex diſſectionibus, quâ privatis, quâ publicis, quicquid redundavit, defecit, aut à veritate quoquo modo deviavit, corrigerem & emendarem.

Erat vero iſtud primarium hujus Opuſculi inſtitutum, ut unicuiq; Muſculo proprium ſuum nomen, ſedem, ſitumq; aſſignarem, non modo ut alii ſolent, in paginâ ex adverſo deſcriptum, ſed etiam in ipſâ corporis ipſius mole, illic ubi emicat, literis conſignatum, ubi autem hoc non licuit per nimiam tenuitatem, hos indicat lineola utcunq; ducta à Muſculi ipſius centro.

Si Inſtitutum meum *Gravibus* & *Doctis viris* videro probari, vel *Imperitis* ac *Tyronibus in re Anatomicâ* uſui & emolumento eſſe, alios pili faciam, qui iniquè æſtimant & obtrectandi ſtudio abrepti, niſi quod ipſi faciunt nihil rectum putant.

Tu autem accipias æquo animo, *Benevole Lector*, hanc Opellam noſtram, & fruere ſi potes, tantâ, dum legis hoc quicquid eſt Opuſculi, voluptate, quantâ ipſe dum conderem, ſenſi me perfundi; & ſi in aliquibus fortè lapſus ſim, humaniter ignoſcas, & memineris humanum eſſe impingere & labi. *Vale.*

J. B.

Ex Ædibus meis in Plateâ vulgò vocatâ
Charles-ſtreet *in Civitate* Weſtmonaſterienſi.

SYLLABUS

SYLLABUS Clariſſimi Domini Doctoris *CAROLI SCARBURGII* Equit. Aurat. & Medici Regis Primarii, de Univerſis Corporis Humani Muſculis in uſum Theatri noſtri Anatomici olim adornatus. Et à Clariſſimo Domino Doctore *GULIELMO CROUNE* nunc Prælectore Doctiſſimo uſurpatus & denuò expolitus.

Muſculi in ſupino Corpore.

PRÆLECTIO PRIMA.

Abdominis Compreſſores { Obliquus { Deſcendens, Aſcendens; Rectus, Pyramidales: Tranſverſalis.
Muſculi { Teſtium } Cremaſteres.
Scroti { Dartos, Directores
Penis { Acceleratores urinæ.

PRÆLECTIO SECUNDA.

Muſculi Faciei.

Muſculi Superciliorum { Frontalis, Corrugator, Occipitalis
Muſculi Palpebrarum { Orbicularis Clauſor, Elevator Palpebræ
Muſculi Naſi { Elevator, Dilatator, Conſtrictor } Alæ Naſi.
Muſculi Labiorum { Zygomaticus ſeu Diſtortor Oris. *Elevator* *Depreſſor* } Labii ſuperioris. *Elevator* *Depreſſor* } Labii inferioris. Sphincter Labiorum.
Muſculi Genarum { Buccinator ſeu Conſtrictor cum Ductu Salivali. Quadratus.
Muſculi Auriculæ { Elevator, Depreſſor, Adductor, Abductor } Auriculæ
Muſculi Maxillæ inferioris { Crotaphites *Elevator*. Digaſtricus *Depreſſor*. Maſſeter ad latera movens. Pterygoideus { externus ad luctor, internus abductor }
Motores Introrsum.
Sursum Retrorsumque — *Deorsum Retrorsumque.*
Styloceratohyoides, Coracohyoides.
Muſculi oſſis Hyoidis { *Antrorsum Sursumque* Mylohyoides. Geniohyoides. *Antrorsum Deorsumque* Sternohyoides.

Muſculi Linguæ { *Sursum* Styloglossus: *Deorsum* Ceratoglossus. Antrorsum Retrorsum. *Sursumque Deorsumque* Genioglossus, Myloglossus. Ipsius Linguæ Muſculi:
Capitis Flexores { Maſtoidei.

PRÆLECTIO TERTIA.

Muſculi Laryngis { *Elevator* Hyothyreoides. *Depreſſor* Sternothyreoides. Conſtrictor.
Thyreoidis { Cricothyreoides.
Cleaſores.
Arytænoidis { Cricoarytænoides lateralis. Thyreoarytænoides.
Aperiores. Cricoarytænoides poſticus. Arytænoides.
Dilatatores.
Muſculi Pharyngis { Stylopharyngeus, Sphenopharyngeus, Cephalopharyngeus.
Conſtrictores. { Oeſophageus, Vagina Gulæ
Pterygoidei ſupra nominati jam ſunt maximè conſpicui.
Suſpenſores.
Muſculi Gargareonis { Pterygoſtaphylinus, Externus Elevator, Internus Depreſſor.
Muſculi Oculorum Obliqui { Obliquus major cum Trochleâ & muſculo Trochlearis. Obliquus minor.
Recti { Elevator, Depreſſor, Adductor, Abductor } Oculi.
Fibræ Ciliares
Muſculi Tympani Auris { Laxator externus. Tenſor internus.
Muſculi Colli Flexores { Longus, Scalenus.
Muſculi Armum Superiorum Trunco Alligati.
{ Deltoides, Pectoralis, Serratus { major, minor } anticus.

Muſculi in Thorace anterius conſpicui.
{ Subclavius, Intercoſtales { Externi, Internii, Triangularis, Diaphragma.
Muſculi Artuum Inferiorum Trunco alligati.
Pſoas { magnus, parvus.
Lumborum Flexor Quadratus.
Muſculi Veſicæ { Sphincter, Detruſor } Urinæ.
Hulleuus Muſculi Capitis Trunci & Artuum in Corpore ſupino.

PRÆLECTIO QUARTA.

Muſculi in prono Corpore.

Scapularum Motores.
Sursum — *Deorsum*
Trapezii pars ſuperior. — Trapezii pars inferior
Elevator — Dorſi Latiſſimi pars.
Retrorsum — *Antrorsum*
Trapezii pars media — Serratus { major, minor }
Rhomboides — Anici
Muſculi Artuum Superiorum Trunco alligati.
Coſtarum Elevatores { Dorſi Latiſſimus, Serratus { ſuperior, inferior } Poſticus, Splenius, Complexus
Capitis Extenſores { Recti { majores, minores
Capitis Rotatores { Obliqui { ſuperiores, inferiores
Colli Extenſores { Tranſverſalis, Spinalis Colli.
Dorſi Extenſores { Sacrolumbalis, Spinalis Dorſi
Lumborum Extenſores { Sacri, Glutæus { maximus, medius, minimus }
Muſculi Artuum Inferiorum in ſitu conſpicui.
{ Pyriformis, Marſupialis, Quadratus
Muſculi Ani { Sphincter { carnoſus, cutaneus, vaginalis, interni, externi. Levatores { ſuperiores, inferiores.

Intercoſtales hic interim in parte poſticâ ad Origines eorum inveſtigandas extendi poſſunt.
Cordis Muſculus.
Hulleuus Muſculi Trunci & Artuum in prono Corpore.

PRÆLECTIO QUINTA.

Elevatores — *Depreſſores*
Muſculi Humeri { Deltoides, Supraſpinalis, Infraſpinalis, Oſſeus Caſſeri } Teres minor, Subſcapularis
Adductores — *Abductores*
Pectoralis, Coracobrachialis } Teres major, Latiſſimus dorſi
Muſculi Cubiti { *Flexores* Biceps, Brachialis, Internus } *Extenſores* Biceps, Brachialis, Externus, Anconæus
Muſculi vo-lar manus { *Conſtrictor* Palmaris } *Expanſor* Caro quadrata
Muſculi Carpi { *Flexores* Radialis, Ulnaris } *Extenſores* Radialis, Ulnaris.
Muſculi ad Digitorum { *Flexores* Flexor perforatus, Perforans } *Extenſores* Extenſor Communis, Indicis, Auricularis
Primi Lumbricales Interoſſei.
Muſculi Pollicis { *Flexores* Flexor tertii Internodii, Primi geminus. Secundi Trigeminus. *Extenſores* Tertii Internodii, Primi & ſecundi Internodii.
Muſculi Indicis { Adductor } Abductor
Auricularis { Adductor } Abductor
Muſculi Radii { *Pronatores* Quadratus, Teres } *Supinatores* Longus, Brevis

PRÆLECTIO SEXTA.

Muſculi totius Pedis.

Flexores.
Muſculi Femoris { Pſoas { Magnus, Parvus. Iliacus

Extenſores
Glutæi { maximus, medius, minimus.
Adductores — *Abductores.*
Sartorius, Triceps } Membranoſus.
Rotatores
Introrsum — *Extrorsum*
Pectinalis — Pyriformis, Marſupialis, Quadratus Femoris, Obturator { extern. intern.
Muſculi Tibiæ { *Extenſores.* Rectus, Vaſtus { externus, internus, Cruralis. *Flexores* { Biceps, Semimembranoſus, Seminervoſus, Gracilis, Subpoplitaris
Muſculi Tarſi { *Flexor* Tibialis anticus. *Extenſores* Recti { Gaſtrocnemius externus, Plantaris. Obliqui { Gaſtrocnemius internus, Tibialis poſticus. Peroneus { primus, ſecundus
Muſculi Digitorum Pedis { *Extenſores* Extenſor tertii Internodii, Primi Interoſſei. *Flexores* { Perforans, Perforatus, Primi Lumbricales
Muſculi Pollicis Pedis { *Extenſor* Extenſor 1mi & 2di Internodii. *Flexor* Flexor 1mi & 2di Internodii pollicis. Abductor, Adductor
Muſculi minimi Digiti Pedis { Adductor, Abductor, Tranſverſalis.

FINIS.

SYNOPSIS,

SEU

Brevis Enumeratio

Omnium Muſculorum Humani Corporis,

CUM

Suis Propriis Nominibus, in ſitu naturali, uti in Diſſectione exhibentur.

OBliquus Deſcendens.
Obliquus Aſcendens.
Rectus.
Pyramidalis.
Tranſverſalis Abdominis.
Frontalis.
Corrugator.
Aperiens Palpebram rectus.
Claudens oculum ſuperior.
Claudens oculum inferior.
Recti quatuor Muſculi Oculi.
Obliquus primus Oculi.
Obliquus ſecundus Oculi.
Attollens Aurem.
Detrahens Aurem.
Adducens Aurem.
Abducens Aurem.
Externus Tympani auris.
Internus Tympani auris.

Abducens Naſi alas.
Attollens Naſi alas.
Claudens Naſum externus.
Communis claudens Alas.
Zygomaticus Riolani.
Abducens Labia.
Deprimens Labii inferius.
Conſtringens Labia.
Platyſma Myodes ſeu Quadratus.
Buccinator.
Maſſeter ſeu Manſorius.
Temporalis ſive Crotaphites.
Maſtoides.
Biventer ſive Digaſtricus.
Coracohyoides.
Sternohyoides.
Sternothyreoides.
Hyothyreoides.
Styloceratohyoideus.

Ptery-

Pterygopalatinus.
Spheno-palatinus.
Mylohyoides Riolani.
Geniohyoides.
Myloglossus.
Ceratoglossus.
Genioglossus.
Hypsiloglossus.
Styloglossus.
Lingualis.
Cricothyroides anticus.
OEsophageius seu Sphincter gulæ.
Stylopharyngæus.
Cephalopharyngæus.
Cricoarytænoides Posticus.
Cricoarytænoides lateralis.
Arytænoides.
Thyroarytænoides.
Sphenopharyngæus primus.
Sphenopharyngæus secundus.
Pterygoides externus.
Pterygoides internus.
Longus.
Scalenus.
Pectoralis.
Subclavius.
Serratus major Anticus.
Serratus minor Anticus.
Intercostales externi.
Intercostales interni.
Cremasteres.
Director Penis.
Accelerator penis.
Musculi Clitoridis.
Levatores Ani.
Sphincter Ani.
Sphincter Vesicæ.
Detrusor Urinæ.
Diaphragma.

Hic Corpus pronum Jaceat.

Trapezius seu Cucullaris.
Latissimus Dorsi.
Rhomboides.
Levator Patientiæ.
Rotundus major.
Superscapularis superior.
Superscapularis inferior.
Nonus Humeri Placentini } sive Rotundus minor.
Subscapularis.

Si totum Brachium à corpore cum Scapulâ discindas, horum Musculorum sequentium dissectio eò faciliùs perficietur.

Deltoides
Biceps.
Octavus Humeri Placentini } sive Coracobrachialis
Brachiæus internus.
Gemellus major.
Gemellus minor.
Anconæus.
Palmaris.
Caro musculosa Quadrata.

Flexor

Flexor Carpi interior ſeu Ulnaris.
Flexor Carpi exterior ſeu Radialis.
Flexor ſecundi Internodii Perforatus.
Flexor tertii Internodii Perforans.
Flexor tertii Internodii pollicis.
Pronator Radii Teres.
Pronator Quadratus.
Flexores primi Internodii digitorum.
Flexor primus, primi Internodii pollicis.
Flexor ejuſdem ſecundus.
Flexor ſecundi Internodii Pollicis. } Primus, Secundus, Tertius, Quartus
Minimi Digiti Abductor.
Pollicis Abductor.
Pollicis Adductor.
Interoſſei.
Extenſor Carpi exterior.
Extenſor ſecundi & tertii Internodii digitorum.
Supinator Radii Longus.
Extenſor pollicis oſſis tertii.
Extenſor ſecundi & tertii pollicis.
Abducens Indicem.
Supinator Radii brevis.
Primi Internodii extenſores.

Hic ad Corpus ipſum revertas ut in ſitu priori diſpoſitum fuit.

Serratus Poſticus ſuperior.
Serratus Poſticus inferior.
Splenius.
Trigeminus.
Tranſverſalis.
Spinatus.
Recti majores.
Recti minores.
Obliqui ſuperiores.
Obliqui inferiores.
Longiſſimus Dorſi.
Sacrolumbus.
Cervicalis deſcendens.
Sacer.
Semiſpinatus.
Quadratus.
Pſoas parvus.

Si Femur à Corporis Trunco ſejungas, dividendo os Ileon ab oſſe ſacro ſubſequentium muſculorum diſſectio melius peragetur.

Iliacus internus.
Glutæus major.
Glutæus medius.
Glutæus minor.
Pyriformis ſeu Iliacus externus.
Obturator internus.

TABULA.

Quadrigeminus
Obturator externus.
Membranosus.
Sartorius.
Gracilis.
Rectus.
Vastus externus.
Vastus internus.
Biceps.
Semimembranosus.
Seminervosus.
Triceps.
Lividus.
Gasterocnemius externus.
Plantaris.

Gasterocnemius internus.
Subpopliteus.
Flexor tertii Internodii perforatus.
Adducens Pollicem.
Abducens minimum digitorum.
Transversalis Placentini.
Tibiæus anticus.
Peroneus primus.
Peroneus secundus.
Extensor tertii Internodii digitorum.
Extensor secundi Internodii digitorum.
Interossei.


Frontalis
Pectoralis
Pectoralis
Rectus
Rectus
Biceps
Paro Membranosi
Rectus
Rectus




Brachialis
Biceps
Longissimus
Maximus
Gracilis
Peroneus

Tab. 1.

PRÆLECTIO PRIMA.

Obliquus Descendens.

Hic Musculus à latere comprimit abdomen.

HOC primum par Musculorum, quo natura, tanquam Velo, cooperuit Abdomen, induitur fibris in obliquum actis, & à descensu *descendens par* vocatur. Oritur autem ab inferiori parte sextæ, septimæ, octavæ, nonæq; costarum, serratâ quâdam specie accommodatûm, applicatumque *Serrato Majori Antico*; membranosum fit in Transversis processibus coxendicalium vertebrarum, & in parte Ossis Ilei deinde pertransiens *lineam albam* in *Os Pubis*, lato Nervosoque tendine in medium fertur abdomen. Hic Musculus tam arctè tendini subjecto adhæret, ut sine laceratione vix ac nè vix quidem possit divelli. Qui quidem tendo unà cùm socio suo Tendine, sive lacer sive supra modum in latitudinem auctus, facit ut aut Omentum aut certè intestina in Inguen sive Scrotum prolabantur, unde oritur Hernia quam ab Omento aut intestinis in inguen sive Scrotum decidentibus, Chirurgi Medicique Omentalem, intestinalemque dixere. Si vis hunc Musculum scitè dissecare, separabis ab eo *latissimum* dorsi, ubi primùm inseritur, jungiturque descendenti, sic enim fiet, ut originem *descendentis*, quæ in lumbis requirenda est, facilius clariusque dissecando assequaris.

Obj.

Usus.

Usus hujus Musculi præcipuus, uti *Columbus Laurentiusque*, Idonei testes, affirmant, in contractione Thoracis collocandus est, quem sæpenumerò sursùm cogit, & incredibile quantum inservit Respirationi. Omnino memoratu in hoc loco dignum est, quod de hoc Musculo scriptum reliquit *Laurentius*, eum nempe, contrà quàm fieri solet in cæteris Corporis humani Musculis, perpetuò incurvari, & in sese introrsum reverti priusquam operetur, quo fit ut facilius comprimens & coarctans internas ventriculi & abdominis cavitates, laxitudinem inferioris ventris cohibeat interno nisu, qui sursum tendit, & saburram viscerum eâdem operâ extrudit & elidit foras. Quinetiam & illud observari velim, quod hi Musculi constringunt Intestina, in Angulis obliquè descendentibus.

Obj.

Obli-

TAB. I.
Prælectio prima

Tab. 2. Obliquus Ascendens.

Suppetias fert hic Musculus priori in communi actione comprimendi.

PRoximè substernitur obliquo descendenti & præditus Fibris ascendentibus oritur carnosâ facie ab Ossis Ilei appendice, à processibus autem earundem vertebrarum, ut prius, Membranosus; inde ascendens in costas undecimam, duodecimamque margine carnosâ, porrigitur in tendinem latum, duplicemque, cui alligatur Musculus Rectus; pergit autem inde ad *lineam albam semilunaremque*, & inseritur in costas nonam, decimam, undecimam, duodecimam. Musculus hic certissimè facilliméque inter dissecandum ostenditur, si prius Nervum, qui inter hunc Musculum transversumque Medius reperitur, juxtà Os Ileon, unde nascitur, quæras.

Usus. Usus & Actio principalis hujus Paris, si *Columbo* credimus hic est, ut deorsum trahat Musculos Thoracis naturâ in hoc constituente seriem Fibrarum, prioribus in obliquo descendente oppositam & contrariam, ut eo arctior compressio fiat.

Obj. Quibus addi potest, nisi me animus fallit, quod cùm hic Musculus obliquè ascendens juxtà Os Pubis obliquè perforetur à Musculis Cremasteribus, Spermaticisque Venis & Arteriis, paulò suprà foramen Musculorum obliquè descendentium hoc ideò fieri, ut obliquè ascendentes Musculi obliquè descendentibus proximè substrati, contrario Fibrarum motu, cogant eos in angulos obliquè ascendentes.

Porrò cùm diversi Musculi Abdominis diversimodè seipsos introrsum contrahentes, detrudant eâdem operâ Viscerum excrementa, & contrario Fibrarum in sese redeuntium motu reducant ventriculum & intestina, in suum quæque locum situmque naturalem, observandum tamen est, motum musculorum abdominalium motui diaphragmatis oppositum & inimicum esse, & vice versâ motum Diaphragmatis motui musculorum Abdominalium, nàm cùm Diaphragma suo motu dilatet Thoracem ut eo commodius recipiat pulmonem ab aëris ingressu tumentem ac distentum, ejus superficies ad plani & Horizontalis formam proximè accedens ità deprimit stomachum & intestina, ut chylus in *Ductum Chyliferum* motu lenissimo sensim insinuetur. E contrà verò cessante ipsius diaphragmatis pressurâ, pulmonibus, extruso aëre, in situm habitumq; priorem redeuntibus, tunc Musculi Abdominales partes suas agunt & de diaphragmate, dum idem in arcum trudunt, quasi vindictam sumunt, sursum premendo & coarctando Thoracem, unde ventriculo statim flaccescente, Intestina & Stomachum trahunt introrsum & sursum, per contractionem Musculorum abdominalium.

Rectus

TAB. II.

Rectus.

Musculus hic ventrem antrorsùm cogit.

HOC tertium par Musculorum Fibras habet rectas, & fortes, & carne benè multâ obvolutas: oriuntur ab Osse Pubis, & procedentes inde per longitudinem Corporis inseruntur in latera sterni, ubi costarum ultimæ, quæ quidem propriè costæ dicuntur, suas cartilagines habent. Insertiones horum Musculorum variæ & multimodæ in variis corporibus reperiuntur; interdum tres visuntur, interdum quatuor, interdum tres cùm dimidiâ, interdum à superiore sterni parte, interdum ab inferiore. Sicut etiam Anastomotes vasorum mammillarium externorum, & Epigastricorum internorum, quas fœminæ constanter habent, masculi rarenter, neque minus admirabilis est varietas ista quæ oritur ex multitudine Nervorum ad perigrapha recti paris pertingentium, nam ubicumque vides quatuor Perigrapha, ibi nulli sunt Musculi Pyramidales.

Usus. Inter omnes constat hos Musculos, qui recti dicuntur, singulares animalium corporibus fructus utilitatesque præstare, sed qui tandem usus aut solus aut præcipuus haberi debeat, non perinde convenit inter omnes. Aliis assignantibus abductionem penis à costis deorsum versus, quò pertinet, quod cùm surgimus dè lecto, hi musculi videntur tumescere & extrinsecùs impleri. Alii verò statuunt eorum utilitatem in inflexione Thoracis esse constitutam, utpote qui deducunt pectora versus Os Pubis, & retrahunt eodem tempore Os Pubis versus Thoracem, ità ut ex horum Musculorum ancipiti contractione duo simul, iiq; planè diversi & oppositi motus oriantur.

Obs. Ego autem, si conjecturam meam fas est interponere, Mallem ut hi Musculi originem ducentes ab Osse Pubis & sterno, & inserentes se in lineam albam, & decurrentes in longitudinem per Medium abdomen, hunc potius usum corporibus animalium præstare judicentur, ut insertiones premant introrsum, & opitulentur motui, qui Peristalticus dicitur, in exclusione grandioris Excrementi.

Pyra-

TAB III

Pyramidalis ſive Succenturiatus.

Hic abdomen deorsùm premit.

NOmen Sortitur à Pyramidis formâ, quam probè imitatur; oritur latus & carnoſus ab externâ parte oſſis Pubis, & tranſiens nonnihil infrà rectum, inſeritur tendine longo & rotundo in lineam albam; hi Muſculi nonnunquam abeſſe deprehenduntur in iis, quibus obtigit origo muſculi aſcendentis non ab Oſſe Ileo, ſed à forti ligamento internè tranſienti à ſpinâ uſq; ad Os Pubis, quiq; præditi ſunt quatuor Perigraphis in *recto*.

Veſalius, *Adernaus* & *Columbus* in eo omnes conveniunt, Pyramidales & rectos eandem utroſq; originem habere, ſed perperam; nam pro comperto affirmare poſſumus hos Muſculos ab invicem evidentiſſimè diſtingui.

Fallopius eorum primus indagator, actionem eorum collocat in compreſſione, & affirmat eos promovere urinæ excretionem. *Laurentius* ait, ſi hujus paris unus à ſocio ſuo ſeorſim operetur, lineam albam trahi deorſum, obliquè; ſi ſimul ambo concurrant in agendo, directè & ad perpendiculum eandem cogi, & ſimul comprimi inguinis & veſicæ partem quando mittitur ad libitum urina. *Columbo* placet, erectionem Penis ab his Muſculis plurimum Juvari, verum ejus ſententia Lloydio non probatur, ſitu repugnante, & præterquam quod non pertingunt uſpiam ad penem, etiam in fæminis manifeſtè deprehenduntur.

Tranſver-


TAB. IV.
Tendo Ascendentis

Transversalis.

Premit abdomen introrsum.

ORitur à lumborum processibus transversis, ab osse Ileo, & à Cartilagineâ parte internâ inferiorum costarum inclusus Membranæ Nervosæ, & ab eodem ligamento procedens quo Pyramidalis; habet etiam carneam originationem ab internâ parte costarum, quæ nothæ sive spuriæ dicuntur, & desinit in latum tendinem ad semilunares Membranas, & lineam albam, & sic deorsum usque ad Os Pubis; adhæret firmiter adjacenti peritonæo per totam longitudinem ad Pubem usque, sed in pube separatur. Bartholinus ait, præcipuum ejus usum in Coli compressione versari. Sed inter omnes Anatomicos constat, hos Musculos tractioni abdominis introrsum inservire, actioni utique omninò necessariæ ad contractionem ventriculi inferioris; Spigelius ei aliam actionem assignat, nempe quod Thoracem versus latera in gyrum agit, eâ ratione Fovens & excitans calidum naturale; accedit quod hi musculi solito crassiores, tutelam quandam præstant partibus subjectis.

Musculus Transversalis obliquè perforatur, à cremasteribus Musculis, & à Spermaticis Venis & Arteriis, paulò suprà Musculum obliquè ascendentem; ità ut Foramina obliquè descendentis ascendentisque Musculorum abdominalium sibi invicem affabrè accommodata, in lineis non ad perpendiculum sive nadir sed ad Horizontem rectis, intercipiant & obstruant intestinorum transitum, nè decidant in scrotum. Transversales Musculi latitudinem abdominis transversim transeuntes occurrunt Fibris *Recti*, quæ cohibent intestina per longitudinem abdominis descendentia, sicut Fibræ transversi transversim transeuntes, Fibras recti secant ad Angulos rectos, & ità muniunt intestina transversim, sive in abdominis latitudinem.

Cre-


TAB. V

Cremasteres, sive Suspensorii.

TEsticuli tribus tunicis perpetuò vestiuntur. *viz.* 1. Erythroide sive rubrâ, 2. Elytroide sive vaginali. 3. Albugineâ sive nerveâ. Extimæ Membranæ primæ tunicæ adnascuntur Musculi Cremasteres, alius atque alius ab alterutrâ parte, qui quidem Musculi in Maribus originem sortiuntur à ligamento Ossis Pubis.

Dartos.

Nihil aliud est quam cutis ipsa in quâ testiculi suspensi, ceu in bursâ continentur, Fibris carnosis instructa, quarum beneficio, pars hæc variè contrahitur corrugaturque.

Director Penis.

Oritur ab appendice coxendicis, infrà originationem corporum Nervosorum, in cujus interiori parte, etiam crassissimæ Fibrarum exitum sortiuntur & evanescunt præ tenuitate.

Accelerator Urinæ.

Oritur carnosus à Sphinctere Ani & cùm socio suo internè & à latere conjunctus, progreditur in anteriora penis inseriturq; urethris, & vulgò creditur urethris dilatandis à naturâ factus.

PRÆ-

TAB VI.
tinus prælectionis
prima


TAB. VII.
Fig. 1.
Prælectio Secunda.
Fig. 6.
Frontalis
Temporalis
Masseter
Fig. 5.
Fig. 4.
Tympanum
Processus Styloides
Fig. 8.
Fig. 2.
Fig. 7.
Os Squamosum
Processus Zygomaticus
Processus Styloides
Fig. 3.
Processus Mastoides

PRÆLECTIO SECUNDA.

Frontalis.

Frontem attollens.

HIC Musculus oritur à parte Frontis elatissimâ, ubi desinit capillitium, quàq; Membrana carnosa cranio firmissimè adhæret, haud ità longè à Musculo temporali; deinde rectà decurrens in cutem oculos tegentem, inque supercilia inseritur. Hunc Musculum à cranio separans inter dissecandum, invenies nervos in eum, ab eodem utique cranio Immissos.

Obs.

Usus.

Corrugator.

A summo Naso vel Majori oculi Cantho exortus, obliquè versus tempora incedit, ibiq; sensim inter Fibras Musculi Frontalis attenuatur & desinit.

Occipitalis.

In paucis reperitur, originem à futurâ Lambdoide educit, inque carnosam membranam, quæ & Frontis Musculos excipit, inseritur.

Orbicularis Clausor.

Oculum deprimens.

Oritur ab initio acuto ex interiore oculi cantho & parte Supercilii Naso proximâ, unde transit obliquo & propè transverso ductu & carneus latusque transeundo factus inseritur in canthum exteriorem.

Elevator Palpebræ.

Oculi Elevator.

Oritur à summo Naso propè angulum Palpebræ inferioris tenuis, membranosus & acuminatus, unde transverso tramite in mediam ferè palpebram delatus carneus fit, & inseritur tandem, progrediendo transversim, in eundem angulum cum orbiculari.

Elevator alarum Nasi.

Elevator Nasi.

Oritur à summo Nasi osse juxta foramen Lacrymale, initio acuto simul & carneo; unde à latere descendens itinere triangulari & per totum illud os transcurrens, latus carneusq; inseritur in alas Nasi, quas sursum trahit & nares unà aperit ac dilatat.

Usus.

Dila-

Nasi alarum Dilatator.

Dilatator alarum Nasi.

Oritur ab initio tenui & carneo, ex osse Maxillæ superioris, propè primum par Musculorum labialium, & in inferiorem superioremq; alarum partem insertus, eas sursum trahit & Nares unà dilatat.

Constrictor alarum Nasi.

Constrictor alarum Nasi.

Hic à quibusdam Orbicularis dicitur in superiori labro deprehensus, quod deorsum cogendo, eâdem operâ coarctat nares. Scripsit Bartholinus observâsse se appendicem quandam hujus Musculi in labrum superius descendere, idque in iis hominibus qui Nasos suos attollere nequibant, nisi simul attollerent etiam superius labrum. Hic autem adeò suprà modum gracilis est, ut visum penè fugiat, neq; possit commodè *cælo* representari.

Labium superius attollens.

Zygomaticus seu Distortor Oris.

Oritur ex osse Zygomate, ab initio carneo & lato; unde obliquè deorsum & prorsum decurrens inseritur in latus labri superioris propè Nasi primum, qui illum sursum cogens, utrinque à lateribus adjungit sibi.

Elevator Labii.

Elevator Labii superioris.

Oritur, ut prior, ex osse Zygomate, carneus, rotundus, & obesus, & labiis insertus, illic ubi labia desinunt & committuntur, ducit ea sursum & extrorsum.

Depressor Labii inferioris.

Depressor Labii inferioris.

Oritur carneus ab infimâ & extimâ parte inferioris Maxillæ, unde obliquè decurrens crassiusculus inseritur meditullio labii inferioris, cogens illud deorsum & extrorsum. Hic in aliquâ sui parte creditur à plerisque Quadrato detrahenti tam arctâ necessitudine conjunctus, ut uterq; Musculus in unum coalescat.

Labii Constrictor.

Orbicularis sive Sphincter Labiorum.

Hic utriq; labio communis & è materiâ Fungosâ vel spongiosâ factus, oritur cùm fibris in orbem redeuntibus à mediis ossibus utriusq; Maxillæ, & labiis eam, quam præ se ferunt, formam attribuit. Os nempè circuit sphincteris instar, labia

labia ad se mutuò velut in osculum trahens, quæ cuti rubræ firmiter adhærent colorem suum rubrum & coccineas Veneres vicissim labiis impertienti.

Buccinator seu constrictor cum Ductu salivali. — *Constrictor Labii & genarum.*

Oritur perinde à Maxillâ utrâq; à superiore nempe parte superioris, & ab inferioris inferiore, ubi incipit gingiva & genas complectitur flexu circulari. Tunica oris propria adeò firmiter ei intus adhæret, ut ab eo non nisi ægrè admodum separari ac divelli queat: à parte suâ exteriore tendinem habet magnum rotundumq; in medium ejus insertum, qui quidem tendo ortum ducit à materiâ quâdam glandulosâ, ossi Zygomatico, juxtà initium ipsius adnascente; hic autem Musculus dentibus hunc usum præstat, ut cibum versus illas agat expellatq; si qui fortè in intervallo genarum & gingivæ nondum satis comminutus & præmansus, gulæ & stomacho rectè committi non possit.

Quadratus, seu Platysma Myodes. — *Genarum Depressor.*

Hic Musculus sub colli cute situs, gracilis ibidem visitur & Membranosus, eidemq; cuti firmiter adhærens. Oritur autem à vertebris colli, scapulâ, claviculâ & sterno, tenuis & latus, cum fibris Membranosis benè multis, unde sursum pergens cum fibris obliquantibus inseritur mento, quà labia conjunguntur, & oris aperturæ sive hiatui promovendo inservit. Sequitur à convulso spasmus Cynicus. Ad fœliciorem ejus indagationem ostensionemq; in celebrandâ dissectione, relinquas, oportet, elongationem ejus, quæ facit *adductorem auris* ad interiora, quem quidem adductorem rarò desiderabis. Cura etiam quàm maxima adhibenda est, in eo à cute, cui ut suprà dictum est, arctissimè adhæret, peritè separando. *Usus.* *Observ.*

Crotaphites seu temporalis. — *Elevator maxillæ superioris.*

Oritur ab osse Frontis, Sincipitis, & Sphenoeide, carneus & semicircularis; unde, angustior factus, Os Jugale subit, cum brevi, sed firmissimo & carneo tendine, juxta processum inferioris Maxillæ, cui nomen est Corone. Huic assignantur tres Nervi ab alterutro latere, primus à tertio, secundus à quarto, & tertius à quinto pari, quo factum est, ut vulnera hac in parte accepta, periculosa certè semper, nonnunquam verò, etiam mortifera reperiantur. Hunc Musculum si scitè eleves, sub eo periostium invenies, etsi contrarium multi asserant *Usus.* *Obs.*

rant. Maxillam inferiorem ſurſum trahit, os unà claudens denteſq; cõnſtringens.

Digaſtricus ſive Biventer.

Maxillæ inferioris depreſſor.

Oritur à proceſſu ſtyloide latus & nervoſus, unde rotundus, carneus, graciliſq; factus, ubi primum ſub ſtyloide recurvatur, Tendo fit nervoſus & rotundus. Dein autem carneus iterum apparet, & in mediam interioremq; partem inferioris Maxillæ inſeritur, quam deorſum trahendo os aperit.

Maſſeter.

Maxillam inferiorem diverſimodè movet.

Oritur à duplici initio, firmus, amplus & Nervoſus; primò à ſuturâ, quâ quartum & primum ſuperioris Maxillæ oſſa committuntur, deindè carneus ab oſſe Jugali, in Maxillæ inferioris partem exteriorem firmiter largiterque inſertus, maxillam inferiorem fibris ſuis variè intertextis prorſum, retrorſum & à latere movet.

Ele-

Elevator Auris.

Aurem attollens.

ORitur à termino exteriore musculi frontalis unde, tenuis & membranosus transit in temporalem, & inseritur, angustior factus, in superiorem auris partem, eam sursum & antrorsum ciens.

Detractor Auris.

Deorsum movens.

Oritur carneus latusq; & quandoq; fibrosus à sincipitio, propè processum mammillarem, unde tenuior in progressu factus in totam cartilaginem, quæ aurem ambit inseritur. Cave sis in cute elevandâ, nè hunc musculum eleves, & elevando perdas. Aurem ciet deorsum antrorsumq;

Obs.

Adductor Auris.

Antrorsum movens & nonnihil sursum.

Musculus hic participat cum duobus aliis, utpote qui partim pertineat ad eum quem *Spigelius* vocat *quadratum buccas detrahentem*, & partim in eo reperiatur quem Anatomici appellant *Platysma Myodes.* A cujus insertione invenies carneam & fibrosam Elongationem in auris radices inditam. Aurem ducit sursum & antrorsum.

Abductor Auris.

Retrorsum movens.

Oritur suprà processus mamillares à Musculorum congerie, qui in occipitio reperiuntur, initio tenui & angusto, unde deorsum transverso ducto delatus, & cum duplici, interdum etiam triplici tendine insertus in partem auris posticam, retrorsum eam ducere perhibetur.

Laxator Internus.

Extensor Tympani.

Oritur à superiore & inferiore parte meatûs auditorii initio satis amplo, deinde carneus evadens inseritur extrinsecus cum tendine breviusculo in Tympanum, membranam ejus unà cùm malleo extendens sursum & extrorsum. Curabis diligenter in osse petroso aperiendo, nè ossiculorum Frustula incautiùs comminuta, officiant huic musculo, ità ut ostendi commodè non possit.

Tensor Internus.

Tensor internus.

Hic musculus intrà os petrosum situs, oritur à basi ossis Cuneiformis, unde carneus, & simul tenuis angustusq; factus, postquam dimidium itineris sui emensus sit, dividit se

in

in duos tendines tenuissimos : quorum alter in superiorem processum malleoli inseritur, alter in collum ejus, movens cum obliquè antrorsum & introrsum.

Obliquus major cùm Trochleâ.

Obliquè movens introrsum. Oritur à parte eâdem quâ abducens, progrediturq; lineâ rectâ ad externam partem Canthi interioris, ubi non-nihil crassescit; deinde tenuior & rotundior factus trochleam pervadit ipsi destinatam; quam ubi pertransierit, sic se recurvat, ut secet oculum ad angulos rectos. Tum sursum evectus repentè obliquatur, & *Levatorem* præteriens inseritur inter Musculos abducentes & obliquos. *Usus.* Volvit oculum introrsum motu circulari.

Obliquus Inferior.

Externè movens. Oritur à rimâ quâdam in orbitæ ocularis inferiore segmento, ab initio suo carneus, gracilis & ad rotundum accedens, & obliquo cursu per totum itineris sui spatium delatus, ascendit paulatim in partem oculi superiorem, & tendine brevi, nervosoq; inseritur juxtà tendinem abducentis. *Usus.* Movet oculum extrorsum.

Elevator Oculi.

Elevator Oculi. Oritur ab orbitâ oculi superiùs, illic ubi Nervus Opticus ex orbitâ procedit, & in corneam oculi tunicam inseritur, tendine tenui & membranoso. *Usus.* Usus ejus, ut nomen satis indicat, in attollendo oculo versatur.

Depressor Oculi.

Humilis sive deprimens. Oritur ab ejusdem cavitatis, quâ prior, parte inferiore, & inseritur eodem modo; oculum deducit versus mentum, minor quidem priore, qui ei in actione velut Antagonista est, nec ab inæquali horum musculorum magnitudine redduntur eorundem vires inæquales, quia minor vis requiritur in motu deorsum, quam in eo qui sursum tendit.

Adductor Oculi.

Introrsum adducens. Oritur ab oculi orbitâ juxtà originem *Elevatoris*, ducens oculum introrsum versus Nasum, à nonnullis Bibitorius ab usu appellatur, quem præstat Combibonibus, in calice inspiciendo, nè sit Festucis vel alio quovis recrementi genere Fædatus.

Abductor Oculi.

Extrorsum abducens. Oritur ab exteriore oculi Cantho, & inseritur ut prior; & oculus ab his quatuor postremis musculis cooperantibus ducitur introrsum.

Stylo-


TAB. VIII.
Fig. I.
Fig. III.
Cerebrum
Cerebellum
Fig. IIII.
Fig. V.
Fig. VI.
Indignatorius
Bibitorius
Humilis

Styloceratohyoides.

Retrorsum movens & Hyoides.

ORitur à radice processus Styloidis, & gracilis rotundúsque inseritur in cornu Ossis Hyoidis. Index ejus certissimus est Digastricus, vel per eum transiens obliquè, vel sub eo, & movens Os Hyoides obliquè sursum. Inseritur ab inferiori parte cornu Ossis Hyoidis, vel potius versus basin ejusdem, trahens illud obliquè sursum.

Coracohyoides.

Retrorsum movens, &c.

Oritur carneus ab initio colli Ossis Scapulæ, ab ejus processu Coracoide, & subter levatorem patientiæ per Scapulam obliquè transiens fertur in Mastoiden, ubi tendo fit gracilis rotundúsque, & mox iterum carneus inseritur cornibus Ossis Hyoidis, quod obliquè deorsum trahit.

Mylohyoides.

Antrorsum sursumque movens.

Oritur carneus à latere interno inferioris Maxillæ sub dentibus molaribus, & inseritur extrinsecus in basin Ossis Hyoidis.

Geniohyoides.

Antrorsum sursumque movens.

Oritur intrinsecus à mediâ parte inferioris Maxillæ, quæ Mentum vulgò dicitur, unde deorsum fertur brevi, lato & carneo Itinere, & inseritur in cavitatem sibi à Naturâ factam ad basin Ossis Hyoidis, quod rectà sursum trahit, & nonnihil antrorsum.

Sternohyoides.

Retrorsum deorsumque movens.

Oritur carneus & latus ab inferiore parte Sterni, sub crote cervicis, & transiens super asperam arteriam & Thyreoidalem Cartilaginem (ejusdem ubique consistentiæ & latitudinis) inseritur in basin Ossis Hyoidis, quod rectà deorsum trahit, & nonnihil retrorsum.

Styloglossus.

Styloglossus.

Oritur carneus & tenuis & initio acuto, à Styloidali processu, unde latior factus carnosiorq; inseritur in latus linguæ, quam sursum cogit & introrsum. Ostenditur optimè hic Musculus, si digito Styloiden aperias ac denudes, ac oculum deinde dirigas versus marginem linguæ: in hominibus tenuis est & simplex, in bestiis duplex, carnosus, & crassus. *Motores linguæ sursum.*

Ceratoglossus.

Inditur obliquè in latera linguæ juxtà radicem ejus: hoc par si simul operetur, trahunt linguam deorsum & introrsum: sin unus tantum ab altero seorsim agat, sequitur linguæ motus in dextram & sinistram. *Motores linguæ deorsum.*

Genioglossus.

Oritur ab initio angusto circà medium Maxillæ inferioris sive Menti, dein latior factus inseritur in radicem linguæ. *Veslingius* hunc imputat Musculis Ossis Hyoidis, eumq; ait inseri ad basin ejusdem Ossis, quod rectà sursum trahit, quo lingua faciliùs ex ore protrudatur. *Motor linguæ sursum.*

Myloglossus.

Oritur latus ab internâ & laterali parte inferioris Maxillæ, insertus ligamento quod basin linguæ faucibus adnectit. In dissectione reperies hunc Musculum circà originem Mylohyoidis, & ostendes optimè divulsis Maxillis. Quando hujus paris unus seorsim movetur, tota lingua sursum flecti sentitur. Quando ambo simul in agendo conspirant, extremitas ejus rectà versus palatum fertur. *Motor linguæ sursum.*

Hypseloglossus seu Basioglossus.

Oritur carnosus à basi Ossis Hyoidis, & in medium linguæ secundum longitudinem ejus insertus, eam introrsum & retrorsum cogit. *Motor linguæ retrorsum.*

Maſtoides.

Capitis flexor. Oritur ab initio duplici, cavitate quâdam initia dirimente, & alter quidem hujus paris, à ſterno, nanciſcitur originem nervoſam, alter verò, ab elatiori parte claviculæ, carnoſam: obliquè autem inſeritur uterq; in Mamillarem proceſſum, rotundo & carneo tendine. Hic ſi Muſculi ſimul ambo operentur, caput inclinant prorſum; ſi ſingulatim unus & ab altero ſeorſim agat, ſequitur motus capitis à latere nutantis, & velut in humerum reclinaturi.

P R Æ-

TAB. VIII.

Finis Secundæ prælectionis



PRÆLECTIO TERTIA.

Hyothyreoides.

Laryngis Elevator. ORitur ab integro latere Offis Hyoidis juxta bafin, unde latus fibris rectis decurrit, & inferitur in partem infimam lateralémq; Cartilaginis fcutiformis, quam attollendo, rimam ejus dilatat. Hunc Mufculum fi ab originatione & infertione fuâ penitus fejungas, eò facilius invenies mufculos Laryngis, quam hic mufculus motu fuo naturali furfum trahit.

Sternothyreoides.

Laryngis Depreffor. Oritur carnofus & latus à fuperiore & inferiore parte Sterni, & eandem ubiq; magnitudinem fervans, ferpit porro per longitudinem Afperæ Arteriæ cum Fibris rectilineis, & infertus in latus inferius Cartilaginis fcutiformis, rimam ejus anguftiorem facit.

Cricothyreoides.

Corftrictor Laryngis. Oritur ab Anteriore parte Cartilaginis Annularis, & definit in latera fcutiformis, trahens Annularem, ut Anatomici vulgò ftatuunt, obliquè deorfum, & fic extendens eandem, aperiendo rimam ejus, ut fic vox grandior & elatior fiat.

Cricoarytænoides lateralis.

Arytænoidis Claufor. Oritur ab inferiore parte Cartilaginis Annularis, & exinde furfum vergendo inferitur in latus externum Arytænoidis, aperiens Laryngem, obliquè diducendo ejus Cartilaginem, & creditur vulgò extendere Laryngem expanfione laterali.

Thyre-

Thyreoarytænoides

Oritur carneus, latus & transversim inditus in cavitatem Laryngis, ab inferiore parte medii Thyreoidis, & sursum secundum ejus longitudinem vectus, inseritur in latus Arytænoidis, glottida constituens, à cujus constrictione clauditur Larynx. Musculus hic facillimè planissimèq; ostenditur dividendo Cartilaginem Thyreoidem à Cricoide, Arytænoide, Musculisq; subjectis: quarum si tunicis, ne quid à cultro anatomico detrimenti capiant, ritè prospiciatur, Thyreoarytænoides manifestò se ostendet. Hoc par in Anginâ vehementius inflammatum, obturans rimam intercludit spiritum, & affectis hoc malo mortem affert certam & inevitabilem. *Arytænoidis Clauser.*

Cricoarytænoides Posticus.

Oritur carnosus ab inferiore & posteriore parte Cricoidis, unde sursum fibris rectis progrediens, & cavitatem Cricoidis adimplens, inseritur nervosè in Arytænoidis interiora, & divisione Cartilaginum Arytænoidalium aperit Laryngem. *Laryngis Aperitor.*

Arytænoides.

Oritur cum fibris obliquis ab Arytænoide, ubi jungitur Cricoidi, & in eum jam denuo insertus, adnectitur pari suo. Movet Arytenoida obliquè in alterutrum latus, & constringendo basin ejus, glottida claudit. *Laryngis Apertor.*

Stylopharyngæus.

Oritur initio tenui ab interiore parte processûs Styloidalis, unde exili specie descendens inseritur, tendine membranoso, in Thyreoida, in latera Ossis Hyoidis & in radices Linguæ. Promovet contractionem OEsophagæi, sive Sphincteris gulæ, de quo mox agemus. *Pharyngis Dilatator.*

Sphænopharyngeus.

Oritur tenuis & Nervosus propè cuspidem appendicis Ossis cuneiformis, & descendens inde per internam cavitatem Pterygoidis, inseritur exili tendine in membranosam Palati partem, undè proficisci Gargareon videtur, cujus partes alimento recipiendo dilatat. Neq; hunc neq; socium ejus inter dissecandum sine summâ molestiâ ac difficultate ostendes. *Pharyngis Dilatator.*

Cephalopharyngæus.

Pharyngis Constrictor. Oritur à Cranio & primâ vertebrâ colli,& inde descendens inseritur in latera Ossis Hyoidis,in Cartilaginem scutiformem & initia OEsophagi, cui tunicam fecisse videtur, quam ubi attollit, constringit unà fauces in actione deglutiendi.

OEsophageius seu Sphincter Gulæ.

Pharyngis Constrictor. Oritur carnosus & est ubiq; latus; procedit à latere Cartilaginis scutiformis secundum longitudinem ejus, & OEsophago, circum eundo eum, pro Sphinctere est. Hunc Musculum, si ritè eleves, eo facilius invenies Stylopharyngæum & Cephalopharyngæum.

Pterygosta-


TAB. X.
Prælectio Tertia.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 3.
Styloglossi
Cornuglossi
Basioglossi
Styloglossi
Cricothyroides
Sternothyroides
Stylocerato-hyoides
Cornuglossi
Sternothyroides
Coracohyoides
Fig. 5.
Fig. 4
Fig. 7.
Cartilago Scutiformis
Lateralis
Fig. 6.
Epiglottis
Lateralis

Pterygolatinus.

Depressor Palati. Inter Musculos Faucium locum sibi suo jure vendicant duo paria ab eruditissimo Viro D. Doctore *Crounio* nuper adinventa. Situs est autem hic Musculus in interiore parte cavitatis Ossis Pterygoidis, & terminatur cum tendinibus suis (qui super partem aliquam Ossis suprà dicti, ut super trochleam quandam, glomerantur) circà glandulam Palati, quam unà cum uvulâ deprimere reperitur.

Sphenopalatinus.

Levatores Uvulæ. Oritur ab Osse Sphenoide, & lato tendine inseritur in latera glandulæ palati, quam, sicut & uvulam, attollit. A situ & actione horum Musculorum nonnulli existimant rationem reddi posse quare uvula relaxata reduci possit in situm naturalem, applicando extrinsecùs articulum flexi pollicis ad eosdem Musculos vel ad Palatum.

Pterygoides Externus.

Abductor Maxillæ inferioris. Oritur, ex aliquâ sui parte, ab externâ parte processûs aliformis, ut & etiam ab asperâ & acuminatâ lineâ Ossis Sphenoidis, firmus, nervosus, & carnosus; unde decurrens largus, inseritur valido latóque tendine in interiorem partem inferioris Maxillæ, proximè subjectus tendini Musculi temporalis; & Maxillam cogens antrorsum, veluti abducit eam à Capite.

Pterygoides Internus.

Adductor Maxillæ inferioris. Oritur latus & brevis ab interiore cavitate processûs aliformis, primò quidem nervosus; deinde carnosus, & inseritur lato, longo, nervosóq; tendine internè & à latere in inferiorem Maxillam, quam sursum trahendo promovet actionem Musculi temporalis, & eodem tempore Maxillam cogit introrsum & retrorsum. Hi duo Musculi nunquam comparent, donec integra dissectio Linguæ, Laryngis & Gulæ peragatur.

Longus.

Longus.

Oritur acuminatus & carnosus à parte corporis à posticà, quintâ & sextâ vertebrâ Thoracis, illic ubi costæ Spinam attingunt, inde sursum sub Æsophago transiens jungitur lateribus omnium vertebrarum; ascendens eo usq; donec ad primam vertebram perveniat, ubi *scaleno* junctus, uterq; se inserit acuto nervosóq; tendine in transversum processum primæ vertebræ colli. Collum ab hoc pari flectitur antrorsum; sin unus tantum seorsim operetur, motus fit à latere. *Colli Flexores.*

Scalenus.

Oritur à primâ & supremâ costâ Thoracis, latus & carnosus, deinde angustior in ascensu factus, Fibras transversas transversis colli processibus impertit, & inseritur ut longus, quem in motu juvat. Habet hic Musculus peculiarem cavitatem sibi à Naturæ providentiâ attributam, eam nempe per quam Arteriæ in brachium descendentes, & Venæ ex eodem ascendentes transeunt. Hoc par si simul uterq; operetur, collum & caput sic contrahunt, ut cogant rectà antrorsum; sin unus ab altero seorsim agat, fit motus quidam medius ex laterali motu, & eo qui antrorsum peragitur, constitutus. *Colli Flexor.*

Myographia Nova sive Musculorum omnium (in Corpore Humano hactenus repertorum) ... - page 49 sur 112

Tab: II. Musculi Uvulæ vocati à D.D. Croune primum in lucem erut, et publicè ostensi.

Fig: 2.



Fig: 1.



Fig: 3.

Deltoides.

ORitur, ut plurimum, nervosus, primò quidem antrorsum à medio claviculæ, juxtà *Os humeri*, ubi clavicula maximè in latitudinem extenditur, deinde à summâ scapulâ, ubi jungitur claviculæ, postremò à spinâ scapulæ universâ: quæ omnes hujus Musculi originationes, carnoso, & angusto Tramite pergunt in tendinem validum ubiq; externè carneum, internè nervosum, & inseritur transversim sub cervice *Ossis humeri.* Attollit, porrigit, vel retrahit Brachium, pro diversâ serie usuq; Fibrarum, quarum Adminiculo nititur in operando. *Elevator humeri.*

Pectoralis.

Oritur à media claviculâ, ubi maximè rotundus est, & juxta Pectus carnosus; deinde à sterno secundum longitudinem ejus, & Cartilaginibus ejusdem implicatur; postremò à Cartilaginibus, sextâ, septimâ & octavâ costarum, ubi nervosus in originatione repertus, procedit inde carneus & latus, donec perveniat ad latera Thoracis, ubi tendo fit brevis, validus, & latus, & inseritur in *Os humeri* secundum longitudinem ejus, inter Musculos *Deltoidem* & *Bicipitem.* Movet Brachium versus *Pectus* antrorsum, idq; vel directè & horizontaliter, vel nonnihil desuper, vel sursum versus, pro variâ contractione superiorum vel mediarum vel inferiorum Fibrarum. *Motor Brach. antrorsum*

Serratus major Anticus.

Oritur à tertiâ, quartâ, quintâ, sextâ, septimâ, octavâ, nonâ, decimâq; costis, initio *serrato*, nervoso & acuto, deinde super costas ad carnis naturam accedens, inserit se carneum in integram basin scapulæ Intrinsecus. Motus hujus Musculi juvatur à Musculo abdominis *obliquè descendente*, & hic quando se retrahit versus originationem suam, trahit unà scapulam in anteriora, (id quod etiam facit *serratus minor*) motu lenitèr declivi. *Motor scapulæ antrorsum.*

Serratus.

Serratus minor Anticus.

Subjicitur totus *Musculo Pectorali*, in Anticâ parte Thoracis, & dicitur *serratus* à similitudine serræ carneis fibrarum dentibus affatim acuminatæ; minor verò, ut à *serrato majori* distinguatur, oritur cùm totidem serratis originationibus, à quatuor costis, exceptâ duntaxat unicâ, supremis, & inde angustior factus in descensu versus scapulam, inseritur latus, carneus, & nervosus in ejusdem scapulæ processum rostriformem, quem cogit prorsum, & Thoracem versus. Hoc par Musculorum si uterq; simul agat, trahunt scapulam versus Pectus: Si is, qui ex duobus superior est, seorsim operetur, tunc scapula sursum movetur; quod si inferior in motu solitarius existat, deorsum.

Diaphragma.

Hic Musculus, omnium, qui in humano Corpore reperiuntur, si unum Cor excipias, facilè Princeps, oritur à primâ vertebrâ lumborum; figurâ circularis est, & multum discrepans, quoad situm, à cæteris Musculis; superficies ejus basi Thoracis transversæ est æqualis, inseritur in sterno anteriore, & illic ubi terminantur costæ germanæ, ut & in costâ duodecimâ, & à lateribus in ipsâ extermitate earum costarum, quæ quia non nisi impropriè & æquivocè id nominis adeptæ sunt, *Nothæ* sive *Spuriæ* ab *Anatomicis dicuntur.* In meditullio ejus, ut eò valentior, habiliorq; sit ad obeundas partes sibi à naturâ formatrice destinatas, membranosus nervosusque est, & illic carnea fibrarum turba, velùt in centrum, coit: Lethale est ibi, quicquid vulneris infligitur, sed in cæteris Diaphragmatis partibus, etiamsi sauciæ fuerint, non est temerè salus desperanda.

Subclavius.

TAB.XII
Deltoid
Pectoralis
Biceps
Deltoid

Subclavius.

Motor Thoracis deorsum.

ORitur ab inferiore parte claviculæ, & in progressu dilatatur. Obliquis transversisq; fibris inseritur in primam costam juxta sternum, quod sursum trahendo, & extrorsum, eâdem operâ dilatat Thoracem.

Intercostales externi.

Dilatatores Thoracis.

Originem sortiuntur à transversis processibus spinæ, illic ubi costis junguntur, & inde procedentes inserunt se extrinsecus continuâ insertione ab inferiore parte supremæ ad superiorem infimæ costarum, exinde pergentes ad Cartilaginem sterni. Externi hi Musculi inter respirandum contracti, trahunt costas sursum & extrorsum versus origines suas, unde Thoracis cavitas dilatatur.

Intercostales interni.

Constrictores Thoracis.

Initia sumunt à costis, hic ubi incipiunt introrsum flecti, & transeunt ab earum imâ ad supremam partem, non modo usq; ad Cartilaginem sterni, sed & subter Cartilaginem ad sternum ipsum. Hi Musculi prioribus in actione sunt contrarii, deducentes & introrsum trahentes Thoracem in respiratione, unde Thorax constringitur & cavitas ejus unà coarctatur.

Triangularis.

Oritur exilis gracilisq; à sterno inferiore, & adhæret Cartilagini superiorum costarum; ab utroq; ejus latere quasi Ramusculos mittens ad extremitates osteales dictas, per quas germanarum tertia, quarta, quinta, sextàq; costæ junguntur Cartilaginibus suis, quarum attractione constringunt & non nihil deprimunt Thoracem.

Myographia Nova sive Musculorum omnium (in Corpore Humano hactenus repertorum) ... - page 54 sur 112

TAB. XIII
Serratus minor
Sternum
Serratus
Intercostales
Anticus

Sphincter Vesicæ.

Constrictor Vesicæ.

AMbit instar annuli fundibulum sive Collum vesicæ, cui tam arctè semper adhærescit, ut credas ejusdem esse cùm vesicâ substantiæ: indicat seipsum rotundo quodam, ex quo constat, collo: usus ejus est ut claudat instar crumenæ, vesicam, & urinam defendat ab involuntario casu.

Detrusor Urinæ.

Expulsor Urinæ.

A mediâ vesicæ tunicâ nihil differt, & constat ex carneis fibris per longitudinem vesicæ transeuntibus, quæ mittendæ, quando placet, aut opus est, Urinæ inserviunt. Tonus ejus plurimum detrimenti capit, quando retentâ diutius quam par erat, urinâ, vesica plus justo distenditur ac dilatatur.

Cucullaris.


Finis prælectionis Tertiæ
TAB. XIIII
Pars Recti Intestini
Detrusor urinæ
Corpus Vesicæ
Rectum Intestinum
Levatores Ani
Fig. II.
Fig. I.
Sphincter vesicæ
Corvix vesicæ
Penis
Accelatores Penis
Accelatores Penis
Penis
Fig. III.
Musculus Cremaster
Fig. IV.
Musculi
Sphincteris fibræ
Clytoris
Nymphæ inversæ

Cucullaris ſive Trapezius.

Movet ſcapulam diverſimodè.

ORitur carneus ab inferiore parte Oſſis Occipitis, & à ſpinis vertebrarum Colli, & ab octo ſuperioribus ſpinis Thoracis, cerniturq; membranoſus, latus, & extrinſecus decurrens verſus ſcapulam anguſtior fit, inſeriturq; in ejuſdem ſcapulæ ſpinam quidem integram, ac dimidiam ejus baſin, & in claviculæ partem non contemnendam, nervoſâ, latâ, carneâq; Originatione, & ſurſum, deorſum, directè, vel in obliquum agitur, pro fibrarum, quibus undiq; cingitur, diverſo motu ſituq; & prout illæ à ſpiritibus aut voluntati ſubjectis, aut temerè aut fortè fortunâ actis diverſimodè contrahuntur. Omnino divides hunc Muſculum à pari ſuo juxta ſpinas vertebrarum, ubi ejus Originem ex multis unam diximus reperiri, deinde ſi ulterius proſequendo, ſepares eum diligenter ab oſſe occipitali, ubi illi prima & ſuprema Originatio ſuperius eſt à nobis attributa, ſic fiet, ut Muſculi huic proximè ſubjecti facilius clariuſq; ſecanti ſe oſtendant.

Levator Patientiæ.

Scapulæ motor ſurſum antrorſumq;

Oritur à Colli proceſſibus tranſverſis perpetuâ ſerie, à ſecundo ad quintum, & totidem, nempe quatuor Originationes habet, ramuſculorum inſtar, ut fieri ſolet, à ſe invicem disjunctas; quæ deinde cum communi quodam ſcapo truncove coaleſentes deſcendunt unà & adjungunt ſe integro lateri *Rhomboidis*, donec tandem inſerantur ſcapulæ in ejuſdem ſupremâ infimâq; parte, tendine lato ſimul & carneo, & ſcapulam trahentes ſurſum & antrorſum eodem niſu brachium attollunt.

Rhomboides.

Motor ſcapulæ retrorſum.

Oritur latus & carnoſus ſtatim ſub *Trapezio* ſiue Cucullari, à ſpinoſis proceſſibus trium inferiorum vertebrarum Colli & ſuperiorum Thoracis, unde tenuiſſimis inſtructus fibris verſus ſcapulam deorſum pergit, & ejus integræ baſi adjungit ſe extrinſecus, & ut in Origine, carneus & latus: Elevans hunc Muſculum, cave nè, una eleves tendinem *ſerrati poſtici ſuperioris*, qui ei ſubtus adhæret. Quod autem Origines ſuas hunc Muſculum diximus arceſſere à ternis

Colli

Prælectio Quarta TAB. XV.
Cucullaris ex.tr Situm
Superior
Rhomboides
Cucullaris
Latissimus Dorsi

Colli vertebris inferioribus, & à totidem superioribus Thoracis, & deinde in integram scapulæ basin inseri, ex eo fit, ut Cucullari sive Trapezio opituletur in eo motu, quo scapula retrorsum agitur versus inferiorem partem cervicis, & Thoracis superiorem.

Latissimus Dorsi sive Aniscalptor.

Trahit Brachium retrorsum versus Anum.

Abductor hic Musculus, qui etiam *Latissimus* à magnitudine dicitur, & unà cum pari suo propemodum contegit universum Dorsum, oritur initio lato & membranoso à spinis vertebrarum Thoracis inter Os Ileon & sextam Thoracis vertebram, ut à superiore parte Ossis Ilei, ubi ejus Originatio cernitur membranosa; sed cum pertigerit ad curvaturam costarum, carnis naturam induit, & ascensu angustior ac tenuior factus, transit suprà scapulæ angulum inferiorem, & inseritur brevi quidem sed lato nihilominus, atq; forti tendine infrà Ossis Humeri superius initium, inter Pectoralem & Rotundum. Cavebis omninò nè in elevando hoc Musculo in Originatione suâ unà eruas Origines Musculi Subjacentis, qui *Serratus Major Posticus* nuncupatur; & nisi curam adhibeas in dissecando valdè diligentem, in elevando hoc Musculo ab Ileo cui firmiter adhæret, auferes unà particulam *Quadrati* Lumbi, & propè scapulam, sine consimili curâ, *Serratus Major Anticus* unà auferetur. Trahit Brachium pro vario situ, motu & contractione fibrarum, vel sursum, vel retrorsum.

Rotundus Major.

Trahit Brachium retrorsum.

Oritur Initio carnoso ab inferiore angulo scapulæ, cujus dimidiam partem emensus, destituit eam, & nonnihil supernè dilatatus, inseritur brevi lato atq; forti tendine in eam partem Ossis Humeri ubi *Pectoralis* suam insertionem habet: Trahit brachium deorsum retrorsumq; & jacet in aliquâ sui parte sub axillâ.

Tab. 16.

Serratus Posticus Superior.

Dilatatur Thoracis.

MUsculus hic tenuis & exilis inseritur in Tergo, subter *Rhomboidem*, inter scapulas, & supra primum par Musculorum qui in Capite visuntur; Oritur autem tenuis & Membranosus à spinosis processibus trium inferiorum verte-

TAB XVI.
Serratus posticus inferior
Idem extr Situm
Sacro lumbus extr Situm

vertebrarum Colli, & à primâ vertebrâ Thoracis, & in obliquo itinere versus partem Thoracis maximè convexam, carneus fit, & insertus totidem diversis insertionibus in quatuor superiores costas, eas sursum trahendo, dilatat Thoracem.

Serratus Posticus Inferior.

Dilatat Thoracis partem inferiorem.

Cernitur latus, tenuis & membranosus, propè medium Tergi subter Latissimum sive *Aniscalptorem*; oritur autem à spinis inferiorum vertebrarum Dorsi, & à primâ vertebrâ Lumborum, & itinere transverso ductus, ad carnis naturam accedit, & inseritur totidem diversis insertionibus in quatuor inferiores costas, quas extrorsum vellicando, dilatat inferiorem partem Thoracis.

Sacrolumbalis.

Opitulatur priori in dilatando Thorace.

Situs est sub Serrato Postico inferiore, & Originem communem habet cum *Longissimo Dorsi*, cui etiam tam arctè adhæret externè & à latere secundum ejus longitudinem, quasi unus esset Musculus ex duobus factus, donec perveniant ad Duodecimam vertebram Thoracis, ubi iterum censentur in duos dissilire, ità tamen ut dissecando ab invicem dividi vix possint, & ibi Sacrolumbalis angustior & exilior factus, inserit se duplici Tendine, utroq; itidem exili & angusto, in costas Thoracicas ad unam omnes, illic ubi illæ costæ incipiunt incurvari.

Longissimus Dorsi.

Dilatator Thoracis.

Oritur perinde ab omnibus Ossis Sacri Spinis, & à vertebris Lumborum, ut & ab interiore parte Ossis Ilei, ubi Ossi Sacro conjunctus constituit primarium & princeps par Musculorum: circâ origines externè fortis & nervosus est, & nonnihil etiam acutus, internè autem carnosus, & ascendens inde, inserit se transversis processibus Lumborum, & fit carnosior quàm antè; sed pergens adhuc porrò, fit angustior, & impertit Tendinem exilem & nervosum omnibus Thoracis processibus transversis, præter duodecimum; & desinit plerumq; in processu transverso primæ vertebræ Thoracis, quamquam, sed carenter admodum, insertio ejus ulterius producatur in mammillarem processum.

Recti

Recti majores.

HI quartum par Musculorum in collo constituunt, angusti, exiles, & carnosi, oriuntur autem à fibris finientibus secundæ vertebræ Colli, & ascendentes inde inseruntur in medium occiput, & tertio pari in motu opitulantur. *Extensor Capitis.*

Recti minores.

Hoc par sub *Rectis* majoribus constitutum, eandem habet formam & consistentiam & parallelos ductus: Oritur autem à tenui protuberantiâ quæ deprehenditur circundare primam vertebram, Colli & ascendentes inde, inseruntur ut *Majores*, sed nonnihil infrà: *Majores* hi *Minoresq;* si totum par insimul & conjunctim agat, caput sursum inclinant, sin unus eorum sigillatim operetur, motus fit à latere. Natura tot Musculos capiti exserendo extendendoq; construxit, ut eo facilius homines contemplationi cœlestium vacarent, cui quidem motui feliciter peragendo, tenuitas Musculorum omnino necessaria est; nè autem fatiscerent diutinâ reclinatione, quasi capitis incumbentis mole prægravati, ita naturâ comparatum est, ut longiores quidem Musculi breviusculis adjungerentur, diutinæ flexioni capitis, & retractioni ejus per angulos acutos, multò, quàm hoc par, accommodatiores. *Adjutor prioris in Communi motu.*

Obliqui superiores.

Hoc sextum par Obliquum à situ nominatum, invenitur sub *Rectis* de quibus proximè egimus, quibus etiam formâ respondent & substantiæ naturâ; tenues enim sunt ut suprà de *Rectis* dictum est, & oriuntur ab externo latere *Rectorum* circà implantationes sive insertiones eorum, & obliquè descendentes inseruntur in processum primæ vertebræ Colli; si hujus paris uterq; simul agat, Caput retrorsum fertur, motu directo, sin unus tantum, fit motus capitis retrorsum lateralis. *Circumactores Capitis.*

Bauhinus eas existimat oriri ab occipitio & desinere in processus laterales primæ vertebræ Colli.

Myographia Nova sive Musculorum omnium (in Corpore Humano hactenus repertorum) ... - page 63 sur 112

Obliqui Inferiores.

Adjutor prioris in Communi motu.

Hoc par inferius Oritur longiusculum, carnosum & exile à spinâ secundæ vertebræ Colli, & obliquè ascendens inseritur, unà cùm *obliquis superioribus* in transversum primæ vertebræ processum: hi contracti circà spinam in Orbem feruntur, quo fit ut caput super eas constitutum, moveatur ab iis motu quodam mixto medioq; inter circularem & eum qui fit à latere; verum hæc duo paria obeundo muneri præ tenuitate propemodùm inepta, adjuvantur ab extensoribus suprà memoratis qui *Recti Majores Minoresq;* dicuntur.

Transversalis.

Extensor Colli.

Oritur à Transversis processibus sex superiorum vertebrarum Thoracis, & incrassescens inseritur extrinsecus omnibus Colli processibus transversis, unde & nomen etiam illi est ab Anatomicis inditum; hoc par si simul utrumq; operetur, collum retrorsum agitur directo motu, si unus tantum agat sine adjutorio alterius, in eo casu flectitur obliquè deorsum: inter hos transeunt nervi medullæ spinali à naturâ attributi, qui à vertebris Colli originem sortiuntur.

Spinalis Colli.

Extensor ut prius.

Oritur à radicibus spinarum septem superiorum vertebrarum Thoracis cùm originibus benè multis, & in progressu sursùm versùs, tendinem nanciscitur à transversis processibus vertebrarum Colli, à singulis unum, pro numero vertebrarum, & firmitèr implantantur in inferiorem partem integram secundæ spinæ, harum vertebrarum ubi dextri sinistriq; Tendines concurrunt & propè coalescunt, non nisi per spinam à se mutuò separabiles. Hi unà cum prioribus extendunt primò collum & deinde caput, vel motu directo, si conjunctim agant, vel obliquo, si divisim.

Splenius

TAB. XVII

Fig: 1.
Complexus
Obliqui Inferiores
Splenius
Semispinatus


Fig: 2.
Obliqui Superiores
Recti
Obliqui Inferiores
Transversales Colli
Spinati
Spinati
Transversales

Splenius ſive Triangularis.

Motor Capitis retrorſum. ORitur duplex: Primò à ſpinis quartæ, quintæ, tertiæ, ſecundæ, & primæ vertebrarum Thoracis; ſecundò à ſpinis quinq; inferiorum vertebrarum Colli, & longo latoq; itinere progreditur, donec circà tertiam vertebram Colli utraq; Originatio in unam compingatur, & uterq; hujus paris Muſculus fibris obliquè tranſeuntibus ſurſum vectus inſerit ſeipſum in medium Occipitii: Ut eum facilius clariuſq; in diſſectione oſtendas, elevabis eum, quam potes peritiſſimè cautiſſiméq;, in ipſis Originationibus ejus, & ita cultrum diriges inter anſulas ejus, quas inter ſpinas reperire eſt, ut & quam plurimas anſularum ſerves, & Tendinem nè perdas Temerario cultri ductu: Hujus paris uterq; in motu ſociati Caput retrorſum agunt motu directo, diviſus alter ab altero, lateraliter.

Complexus ſeu Trigeminus.

Extenſor Colli. Videtur ex tribus Muſculis conſtare coaleſcentibus in unum; initia præfert non pauca, partes & multas & nervoſas, Originationem triplicem, unde *Trigemino* nomen illi inditum eſt; primam à quarto & quinto tranſuerſis proceſſibus vertebrarum Thoracis, unde confeſtim carneus evadens aſcendit ſuprà reliquas vertebras Thoracis, donec pertingat ad imam vertebram Colli, ubi Tendo fit rotundus, & inde non longè abeſt, quin iterum carnis ſpeciem & naturam induit, & inſerit ſe in medium Occipitii; ſecundam Originationem habet cum nervo brevi rotundoq; à tranſverſo proceſſu ſupremæ vertebræ Colli, unde carne veſtitus jungitur primæ, antè ejus in occipitio inſertionem; Tertia Originatio carneam quandam ſpeciem oſtendit, & nervoſam à tranſverſis proceſſibus primæ & ſecundæ vertebrarum Thoracis, undè obliquè tranſiens extrorſum, poſt coalitionem cum priore, inſeritur in radicem proceſsûs mammillaris, & impertit anſulam ſingulis Colli proceſſibus tranſverſis: Ut hunc Muſculum feliciter invenias & oſtendas, divides omninò latera tum *ſpinalis*, tum *Longiſſimi Dorſi*, quo ejus Originatio clariùs eluceſcat.

Quadratus.

Extenſor Lumborum. Sic dictus à Quadræ ſimilitudine; Oritur à poſticâ parte & ſuperiore cavitate Oſſis Ilei, ut & à ſuperiore parte Oſſis ſacri, latus craſſus, & carnoſus, & inde aſcendens ſupra vertebras Lumborum adhæret intus eorum proceſſibus tranſverſis, & inſerit ſe anguſtior & carnoſus interno lateri Duodecimæ Coſtæ, & prorſum ciet vertebras Lumborum; quod ſi unus tantum agat à ſocio ſuo disjunctus, fit motus Lumborum verſus latera prorſum & obliquè.

P R Æ-


TAB. XVIII
Finis Prælectionis quartæ

PRÆLECTIO TERTIA.

Supraſpinalis, ſive ſuper-ſcapularis ſuperior.

Humeri Elevator. ORitur ab integrâ baſi ſcapulæ ſuprà Spinam carnoſus, adimplens totam cavitatem quæ inter Spinam eſt & ſcapulæ ſupremam coſtam, unde retrorſum actus verſus collum ejuſdem fertur ſub ſecundo ligamento Oſſis Humeri, eodem modo quo *Biceps*, & inſeritur obliquè tendine, lato & forti in collum Oſſis humeri, & unà cum *Bicipite* circumagit brachium, quanquam nonnulli ſtatuant uſum ejus unà cum *Deltoide*, qui illi ſe in motu ſocium adjungit, in attollendo Brachio verſari.

Infraſpinalis, ſive ſuper-ſcapularis inferior.

Humeri Elevator. Cooperit ſcapulæ exteriorem partem, quæ quidem ſub ſpinâ cernitur, univerſam, & oritur ab integrâ propemodum baſi ſcapulæ inferioris, & obtinens cavitatis iſtius partem pluſquam dimidiam, carnoſo itinere retroactus anguſtat ſeipſum pro modulo partis cui applicatur, ut ei aptior & congruentior fiat, & inſeritur, ut aliquibus videtur, lato tendine in ligamentum Oſſis humeri, ſed mihi tamen longè vero ſimiliùs videtur (cum eorum pace dictum ſit qui priori ſententiæ patrocinium ferunt) hunc Muſculum prout ſitus indicat, *Deltoidi* & *Coracobrachiali* muſculis in attollendo Oſſe humeri opitulari.

Octavus Caſſerii.

Elevator Humeri. Oritur cum brevi nervoſâque originatione à ſcapulæ proceſſu *Coracoidali*, haud ità longè ab eo loco unde *Deltoides* originem arceſſit, unde in deſcenſu longiuſculus fit & unà largus carnoſus, & inſeritur forti Tendine in meditullium Oſſis humeri, quod quidem cum *Pectorali* Muſculo in motu ſociatus adducere prorſum cenſetur verſus pectus: Venter ejus rimâ perforatur, & per corpus ejus tranſit nervus quidam qui cæteris Muſculis humeri motoribus plurimum adjumenti præſtat. Muſculus hic, ſi me audias, *Deltoidis* adjutor eſt, in Brachio flectendo & in attollendo Oſſe Humeri.

Teres

Prælectio quinta
TAB. XVIIII
Os Humeri
Cutis d'Dorso retracta


TAB XX.
Fig. 1.
Scapula Dextra
Acromion
Processus Ancoriformis
Musculum transiens
Os Humeri
Nonus Humeri Placentini
Biceps
Nervus
Gemellus Major
Biceps
in Situ
Brachiæus
Tendo eiusdem
Fig. 11.
Nonus Humeri Placentini
Tendo

Teres minor.

Oritur acuminatus & carnosus à scapulæ angulo inferiore, ad ipsam basin ejus carnosior usq; ad ejus ventrem, & inseritur acuto tendine in collum *Ossis Humeri.* Usus ejus in *Ossis Humeri* depressione versatur, oppositus quoad usum *Deltoidi* & *Coracobrachiali.* *Depressor Humeri.*

Subscapularis.

Situs in cavitate scapulæ possidet eam integram, & quasi suo jure sibi vendicat; Oritur carnosus ab integrâ internâ basi scapulæ, & sic progrediens & pro scapulæ mensurâ & modulo angustior factus, inseritur lato tendine in tertium ligamentum *Ossis Humeri,* & Brachium introrsum ducere perhibetur. *Humeri Depressor introrsum.*

Biceps. *Tab.20.*

ORitur ab initio Duplici, unde & Nomen sortitur, primò extrinsecus à supremâ parte Acetabuli *scapularis* ejusdem ubique substantiæ, & transit sub ligamento commissuræ, quæ scapulam ipsius Acetabulo committit, supra caput *Ossis humeri,* & per canalem sibi à Naturâ attributum, in cujus termino desinit & vincitur ligamento sibi proprio ac peculiari. Secundò oritur latus, carneus & nervosus à scapulæ *processu Coracoidali,* & transit internè per summitatem *Ossis humeri,* & in descensu jungitur cum socio, ita ut uterque Musculus in unum coalescat, eundemq; fortem & carnosum, & exilior in progressu factus, fit Tendo fortis, crassus, longus, & nervosus, & inseritur in processum quendam sive prominentiam oblongam sub *Radii* initio superiore, & *Cubitum* unà contrahit & attollit. *Cubiti Flexor.*

Brachialis externus sive Gemellus major.

Originem duplam præfert, latus & fortis, partim carneus, partim nervosus, primò ab inferiore parte scapulæ, ubi cavitatem habet sibi peculiarem paulò infra collum ejusdem, & carne stipatus descendit, & jungit se ipsum interno lateri *Ossis humeri,* ubi occurrit secundæ originationi carnosæ, & cum eâ in unum omninò Musculum coalescens, deorsum fertur ad interius latus *processûs Olecrani,* ubi etiam indipiscitur insertionem suam; Musculus hic *Cubito* extendendo, inservit, & *Bicipiti interno* in motu est contrarius. *Cubiti Extensor.*

Brachialis internus.

Oritur circa medium *Ossis Humeri,* propè insertionem *Deltoidis* & *Pectoralis,* duplex, latus & carnosus, cum juxtà *Flexor Cubiti.*

tà externum, tùm internum latus ejusdem *Ossis* cui statim junctus & firmiter adhærens, in descensu ampliatur; & inseritur tandem latus & carnosus tam in articuli ligamento, quam in appendicibus *Cubiti*, & *Radii*: Hic cum *Bicipite* in opere conjunctus valdè contrahit, & constringit *Cubitum*, & eâdem operâ eundem attollit.

Anconæus.

Extensor Radialis. Oritur ab infernâ & posticâ parte *Ossis Humeri*, inter *Ulnarem Radialemq*; situs, & inseritur cum Tendine nervoso nonnunquam obliquè & lateralitèr in ulnam, ad pollicis longitudinem infrà *Olecranum*, & symbolam confert Musculis Duobus proximè descriptis ac delineatis in *Cubiti* extensione.

Nonus Humeri Placentini.

Humeri Depressor. Oritur acutus & carnosus ab inferiore angulo *Scapulæ* ad basin ejus, & carnosior factus in progressu ad ventrem suum, iterum angustatur & inseritur acuto tendine in collum *Ossis Humeri*; cui deprimendo censetur inservire.

Tab. 21. *Palmaris.*

Humeri depressor. ORitur rotundus & nervosus ab internâ extuberantiâ *Ossis Humeri*, deinde carneus evadens & angustus, fertur nonnihil obliquè ad medium cubitum aut circiter, & desinit in tendine longo & rotundo, & transiens supra *Radii* ligamentum internum pertingit ad palmam, ubi se ipsum explicat in tendinem latissimum, & à latere se inserit in articulos primos digitorum, & tam arctè adhæret eorundem cuti, ut inde se ægrè divelli patiatur; quæ quidem cutis interius contracta facit ut manus apprehendenti similis in se ipsam vertatur, & palmæ sensationem acutissimam & exquisitam impertit.

Caro musculosa Quadrata.

Expansor manus. Oritur à membranâ carnosâ subter *Montem Lunæ* ubi octavum os carpi collocatur, & inde porrò transit sub Musculo *Palmari*, usq; ad medium ipsius palmæ, & inseritur ab externo latere tendinis istius qui minimum Digitorum dividit à majoribus: hæc manum excavat, & usus ejus potissimum ostenditur in palmæ contractionibus, in quibus trahitur ab eo *Mons* ille Anatomicus qui *Lunæ* sacer est, versus medium volæ.

Radialis.

TAB. XXI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Tendo Palmaris expansus
Pollicem Flectentes
Ligamentum annulare
Flexor Carpi Interior Seu Ulnaris
Flexor Secundi Internodij Digitorum Seu Perforatus
Palmaris
Flexor Carpi Exterior Sive Radialis
Tendo Palmaris
Pollicem Flectentes
Flexor Carpi interior Ulnaris
Secundus Internodij Digitorum Flexor
Flexor Carpi exterior Radialis
Radii Pronator

Radialis.

Carpi Flexor. Oritur ut prior ab eâdem utiq; extuberantiâ membranosâ, & inde transversim delatus propè exteriorem partem eorum Musculorum qui *Primi Digitorum flexores* nominantur, infigitur confestim Radio & priusquam in progressu pertigerit ad Carpum induit se formâ tendinis rotundi qui adhærescens transverso ligamento, sub eodem transit, in latitudinem auctus, & inseritur in istud os Metacarpii quod è regione medii digiti collocatur, & motu suo manum contrahit & constringit.

Vlnaris.

Carpi Flexor. Oritur acutus, carneus, & nervosus ab interiore ἀποφύσει, Ossis humeri & sic decurrens carneus ubiq; per integram Cubiti, cui adhærescit, Longitudinem, inseritur Carpo in ejus quarto Osse, partim carneâ substantiâ constans, partim nervosâ; non autem desertur, ut proximè suprà de Radiali ostensum est, sub transverso ligamento, sed involutus tantum & implicitus, communi Musculorum omnium membranæ motu suo Carpum contrahere reperitur.

Extensor Radialis primus.

Carpi Extensor. Oritur ab ea Brachii parte, quæ, circà mediùm cernitur extrinsecùs acuminata initio lato simul & nervoso, ubi carne stipatior pergit. Juxtà Radium per longitudinem ejus, & medium itineris sui spatium permensus tendinem præfert firmum & robustum & confestim inseritur cum tendine duplici sive dispertito, qui unus modo erat, dissiliente in duos, in primum & secundum ossa Metacarpii, & officium ejus, cui est obeundo a naturâ destinatus, in extensione Carpi collocatur.

Extensor Radialis secundus.

Carpi Extensor. Oritur ab internâ Appendice Brachii, ut & à summo cubito, & dilatatus in transitu per Cubitum secundum ejus longitudinem, propè Carpum, desinit in Tendine longo & rotundo, cujus ministerio inseritur in sinum quendam paulò suprà infimum Cubiti appendicem, & in supremam partem istius Metacarpi Ossis, quod è regione *minimi Digiti* invenitur.

Perforatus

Perforatus ſive Flexor ſecundi Internodii Digitorum.

ORitur ab internâ Apophyſi Oſſis Humeri, ſub priore, unde paulatim dilatatus & carnis naturam ac ſpeciem præ ſe ferens, circà medium *Cubiti* & *Radii*, cui nonnihil adhæreſcit, pergit porrò & fit juxtà *Radium* carneus & rotundus, ibi autem tribuitur in quatuor partes carnoſas, à quibus totidem tendines oriuntur, qui omnes involvuntur in tunicâ quâdam tenui & mucoſâ, & ſic, internè tranſeuntes ſubter ligamentum & præterveĉti palmam, impertiunt primo & ſecundo Internodiis quatuor digitorum tendines quaternos, foraminulis pertuſos juxtà inſertiones, ut in ſe recipiant & tranſmittant tendines *Flexoris Tertii Internodii.* *Flexor ſecundi Internodii Digitorum.*

Perforans ſive Flexor Tertii Internodii Digitorum.

Oritur membranoſus ex aliquâ ſui parte ab eodem proceſſu quo *Perforatus* & alibi à radice anteriori proceſſus Olecranii, unde poſtmodùm, ad Cylindri ſpeciem accuratiſſimè compoſitus, tranſit carnoſa facie ſub priore & intrinſecus quidem *Cubito* adhæret, extrniſecùs vero *Primo Flexori pollicis*, & in deſcenſu circa medium Cubiti, dividit ſe planè ut ſuprà de *Perforato* dictum eſt, & per fiſſuras ejuſdem tendinibus tranſverſis migrat, qui quidem tendines, præſtitutos ſibi à naturâ terminos fæliciter emenſi, inſeruntur tandem in tertios articulos quatuor Digitorum & eoſdem ſuo motu contrahunt & conſtringunt. *Flexor tertii Internodii Digitorum.*

Lumbricales ſive Flexores primi Internodii.

Hi Muſculi, ut ubiq; reperiuntur in progreſſu tenues & anguſti, ità etiam oriuntur longi, rotundi, & exiles ſub iiſdem membranis, quibus id muneris obtigit in corpore humano ut involvant tendines *Flexorum Tertii Internodii*, unde migrantes habitu carnoſo, inſeruntur tendine nervoſo & rotundo in primos quoſq; articulos quatuor Digitorum & optimè oſtenduntur inter diſſecandum, ſi originibus cultro elevatis, parcas inſertionibus & ſinas eas incolumes manere officium *Lumbricalium* in digitis lateraliter inflectendis verſatur. *Flexores primi Internodii.*

Flexor primus primi Internodii pollicis.

Flexor primus primi Internodii pollicis.

Oritur carnosus à superiore Regione *Ligamenti annularis* quæ est in *Carpo* juxtà pollicem, & in ascensu pertingens ad primum & secundum pollicis articulos, inseritur in Caput primi articuli carnosus.

Secundi Internodii pollicis Flexor primus.

Flexor secundi Internodii pollicis.

Oritur latus, tenuis & carnosus ab isto Osse *Metacarpi* quod jungitur Indici paulò infra ejusdem Caput & versus pollicem procedit itinere ad trianguli formam accedente & inseritur tendine membranoso in Caput secundi articuli pollicis ab eâ parte quæ indicem proximè attingit.

Secundi Internodii pollicis Flexor alter.

Secundus Flexor pollicis.

Oritur rotundus & carneus ab Osse *Cubiti*, & juxta *Radium* pergens cui adhærescit, ut & membranæ quæ *Cubitum Radio* conjungit, adsequitur *Carpum*, ubi tendinem refert rotundum & nervosum, involutum membranæ tenui & mucosæ, & indè porrò transiens inseritur in itineris sui metâ in secundum articulum pollicis tendine latiusculo.

Digitorum secundi & tertii Internodii Tensor communis.

Tensor communis secundi & tertii Internodii Digitorum.

Oritur partim carnosus, partim nervosus ab externo brachii processu, & carnosior evadens descendit inter duos *Extensores Carpi*, deinde angustior factus, dividit se ipsum in tres rotundos tendines, in communi quâdam tunicâ tenui mucosâq; inclusos, & sic sub ligamento annulari transeunt, quod simul ac cernuntur prætervecti, abeunt à se mutuò, ut amici valedicentes & in ramos quosdam dispertiti inserunt se ad secundum & tertium articulos, in digitos indicem, medium & tertium.

Primi


TAB. XXII
fig. 1
fig. 2
Pollicis Flexores
Caro Quadrata
Pronator Quadratus
Pronator Radij Teres
Flexor Carpi externus in Situ
Flexor 2di Internodij Digitorum in Situ
Flexor Carpi Internus in Situ
Palmaris ex. Situm elevatus
Flexor 2di Internodij Digitorum ex. Situm
Flexor 3tij pollicis Internodij
Tertij Internodij Flexor in Situ

Primi Internodii Extenſores.

Extenſores primi Internodii.

ORiuntur carnoſi, rotundi, longi & exiles ab oſſibus Metacarpi & inde tranſeuntes ad radices digitorum, lateraliter inſeruntur in primum & ſecundum articulos eorundem & elevantur ſicut *Flexores Primi Internodii*, hi Muſculi circà origines contracti, ſecundum & tertium articulos digitorum, interoſſeis in ſocietatem operis venientibus, ſuâ ipſorum contractione extendunt, & ſi neceſſitas poſtulat, opitulantur etiam digitis in obliquo motu.

Indicis Abductor.

Indicem abducens.

Oritur ab initio carnoſo à *Cubiti* medietate, & inde obliquè vectus ad appendicem *Radii* diſſilit in binos Tendines, qui per ſinum ſibi in eadem appendice peculiarem & proprium, devehuntur ſub *annulari ligamento* ſuprà Metacarpum, & ſuperior quidem tendo fertur ad minimi digiti radicem, inferior inſeritur obliquè in radicem digiti ſecundi, abducendo nimirum pollici à naturâ deſtinatus, & jungitur ſecundis & tertiis extenſoribus inferiorum articulorum.

Secundi & Tertii internodii Pollicis Tenſor.

Secundi & Tertii pollicis tenſor.

Oritur ab eadem Cubiti parte quâ prior, & aſcendit obliquè ſupra *Radium*, & dividit ſe ipſum in duas partes inæquales, ſed ſibi mutuò nihilominus arctè adhæreſcentes, & fertur in ductu quodam ſibi peculiari juxta Radii appendicem, & ſuperior quidem pars ejus aliquantulum carnoſa, tandem exit in rotundum tendinem, & inſeritur in os Carpi pollici recipiendo factum, inferior verò ſtatim ſubdiviſa in duo carnis quaſi fruſtula vel offas, hæ poſtmodùm induunt ſpeciem tendinoſam, & prioris quidem tendo inſeritur in primum pollicis internodium, poſterior, membranæ adminiculo, in articulos ejuſdem ſecundum tertiumque.

Minimi


TAB. XXIII
FIG. I
FIG. II
Extensor Carpi exterior
Supinator brevis
Radii
Extensor Digitorum Secundus
Pollicis extensor secundus
Pollicis extensor primus
Indicem abducens
Extensor Primus Digitorum et Situm
Primus Pollicis extensor et Situm
Secundus Pollicis extensor et Situm
Os Radii
Ligamentum membranaceum
Os Cubiti
Extensor Carpi exterior
Secundus Radii brevis
Extensor Carpi interior
Pollicem abducens et Situm

Minimi Digiti abductor.

Minimi digiti abductor. SItus est in imâ manu è regione minimi digiti, breuis & fortis, oriturq; carnosus à quarto Carpi osse, & deinde extendens se ipsum per *Metacarpi* longitudinem, inseritur in latus exterius primi articuli digiti minoris, quem à cæteris digitis abducere reperitur, maximè verò, quando Sphærica quæcunq; sunt, manu apprehenduntur.

Minimi Digiti Tensor.

Tensor minimi Digiti. Oritur acutus & nervosus ab eâdem parte quâ prior, & dimidium itineris sui habet cum abductore commune, quasi Musculus uterq; coalesceret in unum, postèa verò quàm pertigerit ad ligamentum transversum, tendo fit Cylindricus, durus & nervosus, qui inseritur in primum, secundum, & tertium articulos minimi digiti.

Pollicis adductor.

Pollicis adductor. Medius reperitur inter Pollicem & Indicem, & oritur carnosus ab externâ & posticâ parte istius Metacarpi Ossis, quod Indici sustinendo inservit, & inseritur carnosus & latus interno lateri pollicis ad articulum primum, & censetur ejus usus & officium in pollice versus Indicem adducendo versari.

Pronator Quadratus.

Pronatores Radii. Oritur ab inferiore & internâ parte *Cubiti* propè *Radium*, transversim vectus supra ligamentum quod *Radium Cubito* committit, & deinde inserit se ipsum carneus & latus in *Radii* partem internam, similis per omnia quadræ Mathematicæ cujus omnes lineæ, si ad amussim vel normam exigantur, reperientur sibi mutuò longitudine pares.

Pronator Radii Teres.

Pronato Teres. Oritur à radice internæ Apophyseos Ossis humeri, & ab interno latere Ossis cubitalis, ubi *Radio* jungitur originatione carneâ & satis amplâ, & exinde descendens obliquè juxtà ejus latus internum, quando paulò ultrà ejus medium pertigerit, inseritur ibidem carnosus, sed emergit iterum, velut urinator quidam & nervi speciem dissecantibus præbet, qui inseritur in Radii Caput externum & eum deorsum cogit.

Flexores


TAB. XXIV.
Fig. 1.
Minimum digitum abducens
Interossei
Pollicis Interiody flexor
Pronator Quadratus
Os Cubiti
Ligamentum membrane in
Os Radij
Pronator Radij teres
Carpi extensor exterior
Fig. 11.
Ligamentu annulare
Externus Carpi extensor
Primus Digitorū extensor
Flexor carpi internus seu Ulnaris

Flexores Primi Internodii ſive Lumbricales.

Flexores primi Internodii. HI Muſculi tenues ubiq; & anguſti, oriuntur Cylindrici, longi & exiles ab iis membranis quæ tendinibus *Flexorum tertii Internodii* præſtant officium & vicem involucri; & inde porrò pergentes tramite carnoſo, inſeruntur tendine rotundo nervoſoq; in primum quemq; articulum quatuor digitorum, & optimè oſtenduntur elevando originationes, & inſertiones eorum liberas relinquendo. Eorum uſus in digitorum flexione laterali ſitus eſt.

Flexor primus primi Internodii Pollicis.

Flexor pollicis. Oritur carnoſus â ſuperiore regione Ligamenti annularis, quæ in extremo Carpo juxtà pollicem cernitur & aſcendens inde circuit primum & ſecundum pollicis articulos & inſeritur carnoſus, in articulum ejus primum.

Pollicis Abductor.

Abductor pollicis. Oritur nervoſus propè *Flexorem primi Internodii Pollicis* ab interiore nimirum parte iſtius Oſſis, quod ſuſtinendo pollici deſervit, & exinde carne ſtipatus obductuſq; inſerit ſe ipſum tendine membranoſo in primum articulum pollicis & abducit eundem à digito minore.

Interoſſei.

Extenſores digitorum. Hi vulgò ſtatuuntur numero Octoni, ſubſtantiâ carnoſi, formâ longi & exiles, oriuntur autem ab oſſibus Metacarpi, & tranſeunt per eorum longitudinem integram, & ad radices digitorum, tendinum naturam atq; ſpeciem habent lateraliter inſertorum, à primo ad ſecundum articulum eorundem, ita tamen ut eorum ſeni inſerti reperiantur in tres articulos oſſium Metacarpi, hi omnes in motu communi ſociati, faciunt extenſionem digitorum perfectiſſimam, extendunt enim ſecundum & tertium os Metacarpi, quo fit ut extenſore digitorum ſaucio, nondum tamen extenſio eorundem eo ipſo protinus aboleatur, & in omni contractione digitorum, primus eorundem articulus ab Interoſſeis extenditur, ſi ulla vel adductio vel abductio fiat.

Supinator


TAB XXV
Fig. I.
Pollicem Abducens
Flexor pollicis primus
Lumbricales
Lumbricales
Lumbricales
Lumbricales
abducens minimum digitum
Fig. II.
Indicem Abducens
Indicem adducens
Medium Abducens
Medium adducens
Duo minimi
Digiti abductores

Supinator Radii brevis.

Manus deorsum motor.

HIc Musculus brevior & exilior quam *Longus*, oritur ab exteriore parte istius ligamenti quod firmat ac ferruminat inferius Caput Ossis humeri, ut & etiam à processu Cubitali, dein obliquè transiens (externo membranoso ductu, intrinsecus carnoso) attingit *Radii* medietatem, cui firmiter insertus & implantatus pollet virtute manum in inferiora cogendi.

Supinator Radii Longus.

Movens Radium antrorsum.

Oritur à medio Ossis Humeri & obliquè transiens suprà *Radium*, ejus infimam partem transeundo pertigerit, fit Tendo membranosus, & applicatur superiori parti Appendicis ejusdem *Radii*, eumq; cogit aliquantulum introrsum si hujus paris uterq; contrahatur versus originationem eorum, fit *Radii* motus antrorsum, ut & etiam manûs ipsius, quæ *Radio* in extremâ sui parte alligatur, beneficio *Carpi*.

Si


TAB. XXVI
Fig: 1.
Fig: 2.
Finis Prælectionis Quintæ
Supinator Radij longus
Supinator Radij brevis
Supinator Radij longus
Supinator Radij brevis
Carpi extensor interior extr. situm
Carpi extensor exterior extr. situm

Si Femur à Corporis Trunco Sejungas, dividendo os Ileon ab osse Sacro Sequentium Musculorum dissectio Melius peragetur.

PRÆLECTIO SEXTA.

Iliacus Internus.

Flexor Femoris. PRocedit ab integrâ spinâ Ossis Ilii, semicircularis, latus; & internè carnosus, dein angustior & crassior tendinis naturam atq; speciem habet, & per eundem sinum transiens, quem pertransit *Psoas*, inseritur in eundem Rotatorem, sed paulò inferiùs hic cruribus directè contrahendis inservit; quando crura sursùm flectuntur.

Psoas seu Lumbaris.

Flexor Femoris. Oritur lividus & carneus à lateribus corporum duorum extremarum vertebrarum Thoracis, & à tribus supremis vertebris Lumborum, & ab eorundem processibus transversis, descendens rotundiusculus ab intenrâ parte Ossis Ilii usq; ad os pubis, ubi fit Tendo fortis & rotundus, & ubi pertransiret sinum ejus, inseritur in minoris Rotatoris partem superiorem, & officium ejus collocatur in attollendo crure & simul in flectendo introrsum.

Psoas parvus.

Oritur carneus & postquam pervexerit ab Origine suâ per longitudinem circiter digiti minoris, dilatatur suprà Psoada in tendinem tenuem & levem & desinit in Psoade & Ileo quæ firmitèr amplexatur. *Gulielmus Molineus* dissecandi peritiâ inter paucos clarus & à me certè cum ob eximias dotes, tum propter amicitiam, quâ me prosequitur, planè singularem nunquam sine honoris præfatione nominandus, cùm in Aulâ nostrâ Chirurgorum *Londini* Magistri Anatomiæ officio fungeretur, hunc Musculum in eo corpore deprehendit, quod tum temporis ut eo pro muneris miratione soleniter dissectum est.

Glutæus

TAB: XXVII
Prælectio Sexta.
Psoas ext.r Situm
Psoas
Spina ossis Ilium
Iliacus Internus
Os Pubis
Iliacus internus ext.r Situm
Lividus
Fascialis
Rectus
Fascialis
Lividus

Glutæus major.

Femoris extensor.

ORitur ab integrâ ſpinâ Oſſis Ilei, externè, dein ab inferiore parte *Oſſis Sacri* à latere ejuſdem, & tertio ab oſſe Coxendicis, amplus & carnoſus & obliquè decurrens ſuprà juncturam Oſſis Coxendicalis, ubi anguſtior evadens, inſeritur tandem tendine forti & lato in primam impreſſionem *Rotatoris magni* & partìm etiam in lineam aſperam, uſus ejus in extendendis cruribius verſatur, tum autem crura dicimur extendere quando ea movemus extrorſùm.

Glutæus Medius.

Extenſor Femoris.

Oritur ſub priore, ſitu, & magnitudine planè geminus ab anteriore parte ſpinæ, ut & à poſteriore *Oſſis Ilei*, carneus, latus, & ſemicircularis, & in obliquo deſcenſu anguſtat ſeipſum, & cooperit juncturam coxendicis ut prior, & inſeritur tranſverſim lato, forti & membranoſo tendine in quartam impreſſionem *Rotatoris magni.* Hic ſi me audias, opitulatur priori, & deprimit os Femoris à *Pſoade* & *Iliaco interno* elevatum.

Pyriformis.

Extrorſum Rotator.

Oritur craſſus & carnoſus à tribus inferioribus vertebris *Oſſis Sacri* & tranſverſim actus fit tendo rotundus & inſeritur in quartam impreſſionem *Magni Rotatoris.* Femur ab eo trahitur ſurſùm, extrorſùm & retrorſum, hic Muſculus abundat fibris pulchrâ & admirabili texturæ varietate diſtinctis, ut motus tam ab invicem diverſi eò facilius fæliciuſq; peragantur.

Marſupialis.

Extrorſum Rotator.

Oritur carneus & amplus ab internâ parte iſtius membranæ, quæ contegit magnam pertuſionem *Oſſis pubis* & ſimul contegens integram faciem externam iſtius Oſſis & Coxendicis, anguſtior fit, & emittit ternos aut quaternos tendines qui tranſeunt per ſinum Coxendicis, qui quidem ſinus ſecundum longitudinem ſuam a forti ligamento arcuatâ quâdam ſpecie jungitur, à tergo externæ parti coxendicis, ubi tendines iſti velut in Marſupio quodam repoſiti & in unum eundemq; tendinem coaleſcentes inſeruntur in ſinum *magni Rotatoris*, & faciunt rotationem externam; hunc muſculum in diſſectione, intrinſecus elevabis, dirigendo cultrum ſub ligamento in ſinum ipſum, ut eo clariùs Marſupium eluceſcat.

Triceps.


TAB. XXVIII.
Spina ossis Ilij
Gluteus magnus
Gluteus Medius
Pyriformis
Gluteus magnus
3 Idem Tibiam
4 Idem Flectentes
5 Flectentes Tibiam

Triceps.

Femoris adductor.

ORitur ab initio triplici, & primo quidem carnoso & nervoso ab appendice Coxendicis, ubi tumefactus in sinuat se ipsum in latitudinem auctum in partem posticam femoris ; deinde attenuatus terminatur in rotundo Tendine ad Ossis Femoris internum Caput. Secunda illi Originatio contigit ut prior, itidem carnosa, ab osse *Coxendicis* ubi jungitur *Pubi* & terminatur ad radicem inferioris Rotatoris in supernâ parte asperæ lineæ. Oritur deniq; ut primâ & secundâ sic & tertiâ vice ubiq; sui similis & ubiq; carnosus ab inferiore parte coxendicis, & inseritur in lineam albam *Ossis Femoris* quibus nonnulli quartam originatonem addidere, cujus ramusculum à formâ *Pectinalem* dixere, verum ille mihi potius videtur ad hanc tertiam originationem pertinere, quam constituere ab eo ramum quendam aut Musculum distinctum. Trahit crura intrinsecùs & equitem valdè juvat, ut in equo sedeat firmus & immobilis, potest non invenuste Musculus pudicitiæ dici, utpote qui *Livido* opitulatur in cruribus introrsum trahendis.

Obturator externus.

Rotator femoris externus.

Nomen sortitur ab origine, oritur autem ab anteriore parte cavitatis istius, quæ *os pubis* & *Ischium* interjacet, quam unà cùm *Obturatore interno* adimplens & obturans, exinde illi inditum est *Obturatoris* nomen, ab origine autem transversim delatus versus cruris partem posticam angustior fit, & inseritur forti tendine in sinum *Rotatoris magni* & administrat internam rotationem.

Inter dissecandum diriges cultrum introrsum versus marginem perforationis *Ossis Pubis* ut eo evidentiùs clariùsque ostendatur.

Pectinalis


TAB XXIX
Obturator externus ex Situ
Obturator externus
Triceps
Idem musculus ex brosu reflexus
ejus coherentia cum Femoris osse.
Altera ejus pars
Biceps ex Situm

Pectinalis sive Lividus.

Introrsum Rotator Femoris. ORitur latus & carnosus ab interiore parte *Ossis Pubis*, juxtà cartilaginem ejus, descendit autem obliquè & inseritur tendine largo & brevi interno lateri *Ossis femoralis* circa ejus medium, quo fit ut crus ab eo fortiter trahatur sursùm & introrsùm.

Membranosus.

Extensor Femoris. Originem acutam habet, externè nervosus, internè carneus à spinâ *Ossis Ilei*, ab eâ parte quæ *Sartorio* proxima est, deinde latus fit & cum nervositate quâdam membranosus, & recipit in cavitatem suam crurales musculos in universum omnes deinde cooperiens *Patellam* & *Obturatores duos* in externâ sui parte, inseritur ibidem, & extendit femur directè.

Sartorius.

Adductor Femoris. Oritur acutus, carneus & nervosus ab anteriore parte spinæ *Ossis Ilei*, dein carneus & latus transit obliquè introrsùm suprà musculos crurales, & ad internum appendicem Ossis femoris, lati cujusdam tendini aspectum præbet, & inseritur ut alii volunt, lato, ut alii, rotundo tendine in *Tibiam*, hic musculus anteit longitudine cæteros firmè omnes, quotcunq; in humano corpore reperiuntur, & est certissimus adductor femoris.

Gracilis.

Flexor Femoris. Oritur largus & nervosus à medio *Osse Pubis* secundum longitudinem cartilaginis ejus. & sic descendens introrsùm & carnosâ facie versus *Poplitem*, ibi compingitur in tendinem rotundum juxtà interius Caput Ossis femoris,& inserit seipsum in *Tibiam* juxta *Sartorium*.

Rectus.


TAB. XXX.
Obturator externus
Rectus
Vastus internus
Gracilis
Sartorius
Membranosus ex.ter Situm
Gracilis ex.ter Situm
Sartorius ex.ter Situm

Rectus.

Tibiæ Extensor. ORitur acutus & nervosus à tenui quâdam & internâ extuberantiâ *Ossis Ilei*, deinde pergens carneus & Cylindricus, cum pertigerit ad *Patellam*, expandit seipsum in tendinem latum & fortem, qui *Patellam* penitus absorbet & abscondit,& deorsum vectus,inseritur in externam partem *Tibiæ*, ad prominentiam quændam ei à naturâ destinatò factam.

Vastus Externus.

Tibiæ Extensor. Oritur latus & nervosus à radice *magni Rotatoris*, adhærescens superiori & externæ parti Ossis femoris, & in descensu versus *Patellam* carneus, & ubi ad *Patellam* pertigerit,refert ibi tendinem latum & membranosum, & cum membranâ *Recti* coalescens commune operculum *Patellæ* facit, & inseritur planè ut suprà de *Recto* dictum est.

Vastus Internus.

Extensor Tibiæ. Oritur nervosus à parte aliquâ *parvi Rotatoris* & à collo *Ossis femoris* & carne obvolutus adhærescit anteriori & interiori parti ejusdem Ossis, & ubi ad *Patellam* pervenerit, coalescit cum *Recto*, *Vastoq; Externo*, & *Patellam* unà cum iisdem involvit, & inseritur ut illi solent.

Biceps.


TAB XXXI
Triceps
Triceps
Rectus
Vastus externus
Vastus internus
Vastus Internus
Vastus externus
Rectus externus

Biceps.

Tibiæ Flexor. ORitur acutus & nervosus ab appendice coxendicis, & per ejus externam superfeciem carne protinus obductâ decurrit, & postquam stadii sui dimidium percurrerit, attenuatur & mediam naturam habet inter tendinem & nervum, ubi jungit se, velut ex condicto, secundæ Originationi quæ ab Osse femoris proficisci cernitur, illic inseritur *Glutæus major*, unde intumescens & nervi speciem extrinsecus præ se ferens representat ilico tendinem robustum, & transit per externum sinum extimæ superfeciei *Ossis femoris*, ubi os istud originem suam sortitur, & inserit se firmitèr externo lateri superioris appendicis *Fibulæ*. Aliquando hic Musculus, duplex exinde à *Vesalio* dictus, duplicem & originationem & exitum præbet, & usus ejus in contrahendo crure, & in eodem retrorsum cogendo collocatur.

Semimembranosus.

Tibiæ Flexor. Initium sumit ab origine tenui & membranosâ, & deorsùm transiens per postica femoris, per dimidium itineris progreditur membranosus, dein antem carneus & crassus inserit seipsum tendine rotundo in *Poplitem* in *Tibiæ* supremâ & internâ.

Seminervosus.

Flexor Tibiæ. Oritur lividus, latus, carneus & semicircularis, ab inferiore & posticâ parte Ilei juxta acetabulum Coxendicis. Et transiens obliquè & prorsum & copioso fibrarum satellitio interstinctus secundum longitudinem ejus Ligamenti, quod femoralis Ossis initia constringit, inseritur lato & robusto Tendine in tertiam impressionem *Magni Rotatoris*. *Glutæi omnes* quasi fædere sociati, in motu flexoribus opposito conspirant, hoc est in attrahendo deorsum & retrorsum osse femoris, quod illi sursum anteà traxerunt.

Quadrigeminus.

Rotator femoris. Oritur carneus ab origine Ossis Ilei, & ab appendice coxendicis, & transit latus, brevis & carnosus versus posticam partem *Rotatoris magni*, & inseritur in osseum intervallum quod interjicet duos *Rotatores*; ut hujus Musculi, & *Obturatores externi* origines & progressus clariùs ostendas, Caput *Lividi* & partem aliquam *Tritipitis* cultro operiri ac denudari curabis.

Gasterocnemius


TAB. XXXII.
Glutæus minimus
Marsupium
Pyriformis
Obturator externus
Os Pubis
Marsupium
Obturator internus
Marsupialis
Lividus
Biceps
Seminervosus
Seminembranosus
Biceps
Seminervosus
Seminembranosus

Gasterocnemius externus.

Extensor Tarsi. ORitur latus & carnosus ab interno capite *Ossis femoris*, ut & ab externo capite ejusdem, & sic descendens uterq; ab origine suâ circà medium itineris in unum coalescunt, & compinguntur in unum latum, fortem, & nervosum tendinem, cum tendine *Gasterocnemii Interni* coalescentem, qui inserit seipsum in posticam partem *Ossis calcis*, ità ut reverâ in duplici originatione non nisi unus musculus censere debeat.

Plantaris.

Extensor pedis. Oritur carnosus, tenuis, & rotundus sub priore, ab externo & inferiore termino *Ossis femoris*, unde paululum dilatatus porrigitur in tendinem exilem & rotundum, & transiens obliquè ab externo inter *externum internumq; Gasterocnemios*, introrsum, & cùm eorum tendinibus juxtà calcem sociatus pergit, porrò à latere ejusdem calcis, donec inserit seipsum (post dilatationem suprà soleam sive plantam pedis) in omnes digitos pedis ad eorum primum internodium. Sed neq; dilatatio hujus Musculi suprà plantas, neq; insertio, quæ est in pedum digitis reperietur, nisi quæras insertionem ejus in *Flexore primi Internodii* juxtà originationem ejus in cavitate *Ossis calcis*. Hic Musculus pedibus tantundem præstat, quantum manibus, qui dicitur, *Palmaris*.

Gasterocnemius Internus.

Obliquus Extensor. Oritur lividus, fortis, & nervosus, à posteriore appendice *Fibulæ* & in progressu dilatatus adhærescit eidem & *Tibiæ*, deinde descendens, postquam semissem sui spatii accedit, coalescens utiq; cum *Gasterocnemio externo* & in origine suâ & in insertione, & hi quidem tres Musculi proximè percensiti circà insertiones suas omnes in unum compinguntur, & nomen sibi vendicant *Magnæ Chordo* quæ vel saucia vel contusa si Hippocrati fides, periculosa semper est, nonnunquam & lethalis, cujus sententia ex eo non levitèr adstruitur & affirmatur, quod experientiâ compertum sit, si inflammatio ulla in hac parte contingat, totum corpus, particeps doloris, ilicò febriculâ sollicitari.

Subpoplitæus.

Obliquè movens pedem. Oritur latus & nervosus ab externo capite *Ossis femoris*, carne obvolutus transit obliquè ad posticam & internam partem superioris appendicis *Tibiæ*, & inseritur ibidem, hic *Tibiam* movet obliquè exttorsum, pedèm verò nonnihil introrsùm cogit.

Tibialis


TAB XXXIII
Fig: I.
Fig: II.
Gasterocnemius externus
Insertio ejus Tendinis
Insertio ejus Tendinis
Subpopliteus
Plantaris
Gasterocnemius internus
Tendo Plantaris
Gasterocnemius externus et Soleus

Tibialis Anticus ſive Muſculus Catenæ.

Tarſi Flexor. HIc Muſculus oritur acutus & carnoſus à ſuperiore appendice *utriuſq; Obturatoris* prorſum ut & à ligamento quod connectit eos, tum paululum dilatatus mox iterum in anguſtias cogitur circà medium *Tibiæ*, & fit Tendo fortis & rotundus tranſiens obliquè ſuprà *Tibiam*, & ſubter *Ligamentum annulare* & inſeritur intra os *Tarſi* è regione *Oſſis Pollicis.*

Tibialis poſticus ſeu Nauticus.

Extenſor obliquus Tarſi. Oritur carnoſus à ligamento quod *Tibiam Fibulæ* conjungit, ſecundum earum longitudinem, & ab utroq; iſto oſſe retrorſum actus, fit tendo rotundus juxta malleolum internum, ubi conſtrictus forti ligamento malleolum eundem involvit, & quando pertigerit ad plantam pedis, inſeritur in partem inferiorem *Oſſis Tarſi* ubi jungitur *Oſſi Cubiformi.* Nonnunquam in duos tendines abire cernitur, quorum unus inſeritur in *os Naviculare*, alter in os *Innominatum.* Nauticus vulgò dicitur ab uſu quem Nautis præſtat, quando ſcandunt antennas.

Peronæus primus ſive Fibularis.

Obliquus Extenſor Tarſi. Oritur nervoſus à ſuperiore appendice *Fibulæ*, & deſcendens inde adhæreſcit extimæ ejuſdem parti, extrà rotundus, internè lividus, in ipſâ muſculi ſubſtantiâ rubicundus, & circà medium viæ in tendinem tranſmutatur, obliquè & retrorſùm tranſeuntem per ſinum ſub *malleolo externo*, & inſeritur in Radicem *Oſſis Tarſi*, *Oſſi pollicis* conjunctam, hic pedes trahit nonnihil extrorſùm, & dirigit eoſdem in motu progreſſivo, ut rectà porrò nitantur ſine interno flexu & quaſi reditu quodam in ſeipſos.

Peronæus ſecundus ſive Semifibularis.

Tarſi Flexor. Oritur Longus & carnoſus à *Fibulâ* cui adhæreſcit, & vix dum confecto dimidio ſtadii ſui præbet aſpectum tendinis rotundi, tranſeuntis per *malleolum externum*, & inſeritur per duos Tendines in *os Metatarſi*, quod proximè jungitur minimo digitorum.

Flexor


TAB XXXIV
Fig. II.
Fig. I.
Pollicis extensor
Tibiæus anticus
Peroneus Secundus
Tibiæus posticus
Peroneus Secundus ex.tr Situm
Extensor digitorum Internodij
Extensor 3.ty digitorum Internodij

Flexor Pollicis.

Pollicis Flexor. ORitur acutus & carnosus à parte *Fibulæ* mediâ & posticâ & in descensu dilatatur propè *Malleolem internum*, sub eodèm transiens obliquè, & inseritur in os supremum Pollicis, qui & magnus pedis digitus à nonnullis dicitur; sub *hoc Ligamento* reperitur *os sesamoides.*

Perforans seu Flexor Tertii Internodii digitorum pedis.

Flexor digitorum pedis. Oritur carnosus & longus à posticâ parte *Tibiæ*, transiens per eam, & adhærescens ei secundum longitudinem usq; ad medium ejus, ubi in tendinem conversus, fertur ad *Malleolum internum*, ibiq; in speciem Cylindricam compactus fertur sub Ligamento quod ab inferiore appendice *Tibiæ* pergit ad *os Calcis*, & tunc dividit seipsum in Tendines quaternos, qui desinunt in Tertiis quibusq; *articulis quatuor minimorum digitorum pedis.*

Perforatus seu Flexor Secundi Internodii digitorum pedis.

Flexor digitorum pedis. Ecce tibi *alium digitorum pedis flexorem*, qui à nonnullis *flexor brevis* vocatur, & oritur carnosus & membranosus ab extremitate *Ossis Calcis* & transiens ad dimidium Plantæ, dividit seipsum in quatuor tendines rotundos, qui ubi inseruntur, Nempe in secundis articulis *quatuor minimorum digitorum*, foraminulis pertunduntur ob transmissionem *Flexorum Tertii Internodii.*

Extensor


TAB. XXXV
Fig. 1
Fig. 2.
Suppopliteus
Perforatus
Tibialis pollicis
Flexor pollicis
Gastrocnemius internus
Perforans
Tibialis pollicis
Pollicis Flexor
Plantaris
Perforans

Extenſor Tertii Internodii Digitorum Pedis.

Extenſor Digitorum pedis.

ORiginem habet carneam & nervoſam ab externo & antico *Tibiæ* auctario, & in progreſſu carneus, & adhæreſcens ligamento quod *Tibiam Fibulæ* conjungit, deſcendit rectà ſecundum longitudinem *Fibulæ*, & ſub *ligamento annulari* tranſiens, tribuitur in ligamenta quaterna, quæ in ſupremam partem *tertii cujuſq; Internodii quatuor digitorum minimorum* inſerta, eoſdem ſuo motu extendere comperiuntur.

Extenſor Secundi Internodii Digitorum Pedis.

Extenſor ſecundus Digitorum pedis.

Oritur latus & carnoſus à tranſverſo ligamento in ſummitate pedis reperto, & tunc ilicò dividit ſeipſum in Muſculos quaternos, qui quando pertigerint ad digitos pedum emittunt ex ſe ſinguli ſingulos tendines ad ſecundum quodque oſſiculum *quatuor minimorum digitorum pedis*, præcipuè vero eorundem digitorum articulos ſive Internodia ſecunda, ubi tendines hi interſecant tendines primi *Extenſoris*; qui quidem utriq; communitèr *Extenſores* vocantur, Eo quod communem operam navant in extenſione *quatuor minimorum Digitorum pedis.*

Adductor Pollicis, ſive magni Digiti pedis

Pollicis adductor.

Oritur nervoſus ab interna parte calcis, & à ligamento quod *calcem Talo* conjungit & inde carne obductus & Cylindricam præ ſe ſpeciem ferens, mox tendo fit, & inſerit ſe obliquè in lateralem & internam partem *primi articuli pollicis*, & eundem *pollicem* introrſum trahit.

Tranſverſalis, ſeu Adductor minor.

Adductor digitorum pedis.

Nomen ſuum debet inventori *Caſſerio*, quia conſtringens & comprimens primum articulum à ligamento *minimi in pede digiti* procedentem, fertur tranſverſim facie carnoſâ, & pergit cum brevi & lato tendine introrſum ad primum os pollicis; ei hic uſus ab Anatomicis adſignatur, ut adducat pollicem verſus *minimum digitum pedis* eo modo pedem excavans & quaſi in arcum cogens ità ut in locis aſperis & confragroſis apprehenſio quædam fiat à plantâ pedis, ſimilis ei quæ fit


TAB. XXXVI.
Fig. 1.
Fig. 2.
Peroneus primus in Situ.
Peroneus Secundus in Situ.
Fibulæus Anticus in Situ.
Pollicis Tensor
Pollicis Flexor ex.ti Situm
Fibula a musculis liberata
Calcaneus
Pollicem Ducens
Transversales
Tendines Lumbr.
Peroneus primus ex.ti Situm
Lumbricales ex.ti Situm

fit à palmis manuum, ut tutiùs & certiùs ambulemus. per prærupta locorum, ope & adminiculo hujus ligamenti vestigia firmitèr, & sine lapsus periculo librantes.

Pollicis Tensor.

Tensor Pollicis pedis. Oritur carnosus à *Fibulâ*, vel ut *Vesalio* videtur, ab externâ parte *Tibiæ*, illic ubi à *Fibulâ* separatur, ut & etiam à ligamento quod *Tibiam Fibulæ* conjungit, cui ligamento firmitèr adhærescens & mox in tendinem conversus transit suprà *Fibulæ* superficiem inferiorem, & sub transverso ligamento inseritur in articulos duos qui in superiore parte pollicis reperiuntur, & eosdem arctè extendit. Nonnunquam hic tendo cernitur in duos dispertitus quorum unus inseritur in ultimum articulum sive Internodium pollicis, alter in os *Metatarsi* quod ei proximè subjectum est.

Tab. 37. *Lumbricales seu Flexores Primi Internodii Digitorum.*

Flexores primi Internodii Digitorum. ORiuntur rotundi & carnosi tendinibus *Perforantis* & *Perforati* & inseruntur per tendines tenuissimos lateralitèr *Primis Internodiis digitorum pedis*, & si eos aliquanto pensiculatiùs explores, invenies eos recipere auctarium quoddam fibrarum carnearum à Musculosâ quâdam substantiâ insertâ internæ cavitati *Ossis calcis*, quæq; pergens esse sui similis, hoc est, carnosa per dimidium *Plantæ*, ibi fibris interstinguitur, & ab eadem nonnunquam tendo exit, pergens inde ad *Primum digitorum pedis*, & constituens *Flexorem Secundi Internodii*, quid quod, & tendo *Flexoris Tertii Internodii* per hujus medium transit ab eo vix, ac nè vix quidem separabilis?

Interossei.

Pedem obliquè moventes. Oriuntur carnosi à lateribus Ossium *Metatarsi*, & externè quidem inseruntur per latos quosdam, sed breviusculos tendines in *Primos quosq; articulos digitorum pedis*, internè autem *Secundis quibusq; Internodiis eorundem*, Quibus abducendis externi inserviunt, adducendis Interni, utriq; simul in opere constituti extensioni eorundem digitorum opem & auxilium commune præstant.

Abductor


Finis Prælectionis Sextæ.
TAB. XXXVII
Fig. 1.
Pollicis adductor
Perforatus
Lumbricales
Lumbricus
Duo Interossei
Minimi digiti abductor
Tendo Plantaris
Interos. abd.
Transversalis
Pollex
Interos. add.
Index
Fig. 2.
Duo ex Interosseis
Tendo Perforantis
Lumbricales
Lumb.
Duo ex Interosseis
Minimum digitum abducens
Perforatus
Pollicis adductor
Medius
Interos. abd.
Interos. add.
Fig. 3.
Interossei add.
Inteross. abd.
Inteross. abd.
Inteross. abd.
Inteross. abd.
Interossei add.
Inteross. abd.
Minimus
Interos. add.

Abductor minimi Digiti.

Abductor minimi digiti. Abductor hic à calce originationem sortitur extrinsecùs nervosam, & in progressu carnosus, transit mox cum carneo & exili tendine subter *os Metatarsi* (quod antè *minimum digitum* proximè collocatur) & inseritur in externam superficiem *Primi Internodii.*

In plantâ pedis, quæ à Nonnullis vestigium ejusdem dicitur, moles quædam carnea reperitur, quæ culcitræ, vel pulvinaris instar, tendines defendit cum à frigore & cæli inclementiâ, tum à præruptis & asperis viarum.

Et sic absolvitur integra de Musculis dissertatio, secundum ordinem & usum dissecandi in suas partes distributa, id unicè nunc addam, quod sicut initio *Lectori* ob oculos posuimus *Syllabum accuratum*, in quo Musculorum omnium motus particulares unà exhibentur cùm eorum reductione in suum quemq; locum situmq; naturalem, usibus eorum & officiis ubiq; quam fieri potuit brevissimè accuratissimèq; descriptis, & nominibus suis, suo cuiq; Musculo sigillatim insertis, unà cum *Synopsi* quasi digito monstrante, quomodo singuli oriantur in dissectione: sic ad calcem operis adjunctam habes *Tabulam Alphabeticam*, quæ musculo cuiq; suam propriam Tabulam & figuram adsignat, ut eo, si quid dubites recurras, & reperias ilicò quod voles.

FINIS TOTIUS OPERIS.

ERRRTA.

IN Licentiâ leg. Witherley. In Censurâ D. Allen. l. Æsculapii & post filiis interpone utiles, in Diplomate Regis l. 23. leg. sancimus. l. 26. leg. imprimendi. ib. Anatomicum. ib. versâ pag. l. 6. post fecerint, interpone, sciant.

P. 6. l. 7, 8. l. Anastomoses. ib. l. 8. leg. mamillarium. p. 17. l. 6. l. mamillarem. ib. l. 18. leg. ductu. p. 22. l. 25. leg. interiore. ib. pro crote lege cute. p. 24. l. 5. Hi Musculi si, &. p. 26. l. 6. leg. quem. p. 30. l. 1. leg. Pterygopalatinus. p. 31. l. 1. post corporis, dele à, ib. l. 2. leg. à quintâ. p. 32. l. 17. leg. Originatione, p. 33. l. 21. leg. extremitate. p. 35. l. 4. leg. Callo. p. 36. l. 11. leg. temerè ac. ib. l. 22. leg. in communi. p. 37. l. 11. leg. ut &. p. 40. l. 35. leg. rarentèr. ib. 36. mamillarem. p. 41. l. 3. pro à fibris finientibus, leg. ab apicibus Spinarum. l. 9. post vertebram dele interpunctionem. ib. l. 18. leg. quidam. ib. l. 25. implantatur. l. 26. tolle interpunctionem *ad spinæ* & distingue ad *vertebrarum*. p. 41. l. 23. induat. p. 46. leg. *Prælectio Quinta*. p. 48. pro *iterum* leg. & inseritur. ib. l. 5. leg. *motibus*. p. 50. l. 11. pro unumque leg. eundemq; ib. l. 17. duplam. p. 52. l. 20. adhæret. ib. l. penult. ille. p. 54. l. 15. defertur. l. 16. tolle distinctionem ad *implicitus* & distingue l. 17. post *membranæ*. ib. l. 20. tolle distinctionem ad *pergit*. p. 55. l. 22. extrinsecus. ib. l. penult. inter *manere* & *officium* punctum inseratur. p. 64. l. 4. l. externè. ib. l. 11. inter *Radium* & ejus inserere, *ubi ad*. p. 66. l. 6. distingue ad *inferius* ib. l. 9. Duarum. ib. l. 12. internà. ib. l. 12. transierit. ib. l. 15. inflectendo. ib. l. 17. porrexerit. ib. l. 26. pro ut leg. ab. pro *miratione, sua ratione*. ib. l. 27. solenniter. p. 68. l. 8. cruribus. ib. l. 34. tolle punctum post *jungitur* & distingue post à *Tergo*. p 70. l. 14. Originationem. p. 72. l. 18. tendinis. ib. l. 20. fermè. p. 74. l. 7. quendam. p. 76. l. 3. superficiem in obductus, l. 10. superficiè. l. 20. Tibiâ. l. 35. Obturatoris. l. penult. aperiri. p. 78. l. 8. censeri. ib. l. 27. pro accedit leg. confecit. ib. l. 34. Chordæ. l. 42. & carne. p. 80. l. 20. leg. superiore. p. 82. l. 2. leg. malleolum. p. 84. l. 15. leg. præcipuè verò ad, &c. P. 84. l. ult. confragosis. In Synopsi Musculorum pro Styloceratohyoideus. p. 1. l. ult. leg. Styloceratohyoides. p. 2. l. 8. Hypseloglossus. l. 18. Thyrearyteneides. p. 4. l. 7. pro Tibiæus leg. posticus Tibialis.

INDEX ALPHABETICUS

Omnium Muſculorum humani Corporis, qui in hiſce noſtris Figuris Æneis enucleantur explicanturque.

A.

Aniſcalptor, Tab. 1.
Accelaratores Penis, Tab. 6. Tab. 14. f. 1. f. 2.
Ani Sphincter, Tab. 6. Tab. 14. f. 2.
Auriculæ Muſculi, Tab. 7 Tab. 8.
Auris Elevator, Tab. 7. f. 1. f. 2. Tab. 8. f. 4.
Auris Detractor, Tab. 7. f. 1. f. 3. Tab. 8. f. 4.
Auris Externus Tympani, Tab. 7. Tab. 8.
Auris Internus Tympani, Tab. 7. Tab. 8.
Arytenoides, Tab. 10. f. 5.
Acromion, Tab. 20.
Anchoriformis Proceſſus, Tab. 20.
Adducentes Interroſſei, Tab. 24. Tab. 25.
Abducentes Interoſſei, Tab. 24. Tab. 25.
Adducentes Interoſſei Pedis, Tab. 37.
Abducentes Interoſſei Pedis, 37.
Ani Levatores, Tab. 14. f. 2.
Abductor minimi Digiti, Tab. 22. f. 1. Tab. 24. f. 1. f. 2.
Abductor minimi Digiti pedis, Tab. 35. Tab. 37.

B.

Buccinator, Tab. 7. f. 1.
Biventer, Tab. 9. f. 1. 2. Tab. 11. 1.
Baſioglossus, Tab. 10. f. 2.
Biceps humeri, Tab. 12. Tab. 20.
Brachiæus, Tab. 20.
Biceps femoris, Tab. 29. Tab. 32.

C.

Corrugator, Tab. 7. f. 1.
Conſtrictor naſi, Tab. 7. f. 1.
Crotaphites, Tab. 7. Tab. 11.
Coracohyoides, Tab. 9. f. 2. f. 1. Tab. 10. f. 1.
Conſtrictor palpabræ utriſque, Tab. 7. f. 1.
Canalis oſſeus, Tab. 7. f. 4.
Cartilago Scutiformis, Tab. 10. f. 4.
Crycothyroides anticus, Tab. 9. f. 1. f. 3 Tab. 10. f. 3. f. 4.
Ceratogloſſus, Tab. 9. f. 2. f. 3. Tab. 10. f. 2.
Cartilago Thyroidis, Tab. 10. f. 4.
Cricoarytenoides lateralis, Tab. 10. f. 4. f. 6.
Cricoarytenoides poſticus, Tab. 10. f. 5.
Cucullaris ſeu Trapezius, Tab. 15.
Cephalopharyngæus, Tab. 10. f. 7.
Complexus, Tab. 16. Tab. 17.
Cremaſter, Tab. 14. f. 3.
Clitoridis Muſculi, Tab. 14. f. 4.
Caro Muſculoſa quadrata, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 22. f. 1.
Carpi extenſor exterior, Tab. 23. f. 1, 2. Tab. 26. f. 2.
Carpi Extenſor interior, Tab. 23. f. 1. f. 2. Tab. 26. f. 2.
Carpi flexor exterior ſeu Radialis, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 24. f. 1.
Carpi flexor interior ſeu Ulnaris, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 24. f. 1.

D.

Directores Penis, Tab. 6. Tab. 14. f. 1. f. 2.
Dilatator Naſi, Tab. 7. f. 1.
Digaſtricus, Tab. 9. f. 2. Tab. 11. f. 1.
Deltoides, Tab. 12.
Detruſor Urinæ, Tab. 14. f. 1.
Dorſi Longiſimus Tab. 16. Tab. 18.
Dorſi Latiſſimus, Tab. 15. Tab. 19.
Depreſſor Labij Superioris, Tab. 7. f. 1.
Depreſſor Labij Inferioris, Tab. 7. f. 1.

E.

Elevator Palpabræ, Tab. 7.
Elevator Labij Superioris, Tab. 7. f. 1.
Elevator Labij Inferioris, Tab. 7. f. 1.
Externus Tympani auris, Tab. 7. f. 4.
Erectores penis, Tab. 6. Tab. 14.
Externus Malleoli, Tab. 7. f. 4, 5, 6.
Extenſor Carpi exterior, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 22. Tab. 23. f. 1, f. 2.
Internus Malleoli, Tab. 7. f. 5, 6.
Epiglottis, Tab. 10. f. 6.
Extenſor Carpi interior, Tab. 23. f. 2. Tab. 24. f. 2. Tab. 26.
Extenſor ſecundus Digitorum, Tab. 23. f. 1. Tab. 24. f. 2.
Extenſor primus Digitorum, Tab. 23. f. 1. Tab. 24. f. 2.
Extenſor primus pollicis, Tab. 23. f. 1. f. 2.
Extenſor ſecundus pollicis, Tab. 23. f. 1 f. 1.
Extenſor Pollicis Tab. 34. f. 2. Tab. 36. f. 1.
Extenſor ſecundij Internodij Digitorum, Tab. 23. f. 1. Tab. 24. f. 2. Tab. 36. f. 1.
Extenſor tertij Intarnodij Digitorum, Tab. 32. f. 2. Tab. 36. f. 1.

F.

F.

Frontalis, Tab. 7. f. 1.
Flexor Carpi Interior seu Ulnaris, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 22. f. 1. Tab. 24. f. 1.
Flexor secundi Internodij sive Perforatus, Tab. 22. f. 1.
Flexor tertij Internodij sive Perforans, Tab. 21. f. 2. Tab. 22. f. 2.
Flexor Carpi Exterior seu Radialis, Tab. 21. f. 1. f. 2 Tab. 24. f. 1.
Flexores pollicis, Tab. 21. f. 1. f. 2. Tab. 22. f. 1.
Flexor secundi Internodij Pollicis Tab. 22. f. 2.
Flexor Pollicis primus, Tab. 22 .f. 2. Tab. 25. f. 1. f. 2.
Flexor secundij & tertij Internodij Pollicis, Tab. 25. f. 2.
Fascialis, Tab. 27.
Flexor Pollicis, Tab. 34. f. 1. f. 2.
Flexor secundus pedis, Tab. 36. f. 2.

G.

Glandulæ Inguinales, Tab. 1.
Genehyoides, Tab. 9. f. 1. f. 2. f. 3. Tab. 10. f. 1.
Geneioglossus, Tab. 10. f. 1.
Glandula Palati Tab. 11. f. 2.
Gemelli, Tab. 20.
Glutæus magnus, Tab. 28.
Glutæus medius, Tab. 28.
Gracilis, Tab. 30.
Glutæus minimus, Tab. 32.
Gasterocnemius externus, Tab. 33. f. 1. f. 2.
Gasterocnemius internus, Tab. 33 .f. 1, f. 2. Tab. 35 .f. 1.

H.

Hyothyroides, Tab. 9. f. 1. f. 2. Tab. 10. f. 3.
Hypseloglossus, Tab. 9. f. 2.
Os Hyoides, Tab. 9. f. 2.

I.

Incus, Tab. 7. f. 4. Tab. 8. f. 7.
Internus Tympani Auris, Tab. 7. Tab. 8.
Internus Malleoli, Tab. 7. Tab. 8.
Intercostales, Tab. 3. Tab. 13. Tab. 18.
Interossei, Tab. 25. f. 1, 2.
Indicis abductor, Tab. 23. f. 1.
Interossei abductores, Tab. 24. f. 1.
Interossei adductores, Tab. 24. f. 1.
Iliacus internus, Tab. 29.
Indicis abductor, Tab. 35. f. 2.
Duo ex Interosseis Tab. 36. f. 2. Tab. 37. f. 1.
5. *Interossei abductores* Tab. 37. f. 1. f. 2.
5. *Interossei adductores*, Tab. 37. f. 1. f. 2.
Internus Depressor, seu Pterygopalatinus Tab. 11. f. 2.

L.

Linea alba, Tab. 1. 2.
Linea Semilunaris, Tab. 2.
Labii superioris Elevator, Tab. 7. f. 1.
Labii Inferioris Elevator, Tab. 7. f. 1.
Labiorum Sphincter, Tab. 7. f. 1.
Longus, Tab. 11. f. 3.
Latissimus Dorsi Tab. 15. Tab. 19.
Levator Patientiæ, Tab. 11. f. 3. Tab. 15. Tab. 19.
Longissimus Dorsi, Tab. 16. Tab. 18.
Levatores Ani, Tab. 14. f. 2.
Lumbricales, Tab. 22. f. 1. & 2. Tab. 25. f. 1.
Ligamentum annulare, Tab. 22. f. 1. Tab. 24. f. 2.
Lividus, Tab. 27. Tab. 30.
Lumbricales, Tab. 36. f. 1. Tab. 37 f. 1.

M.

Masseter, Tab. 7. f. 1. Tab. 11. f. 1.
Malleolus, Tab. 7. f. 5. 6. Tab. 8. f. 1.
Myloglossus, Tab. 9. f. 3. Tab. 10. f. 2.
Mastoideus, Tab. 11. f. 3.
Minimi digiti adductor, Tab. 25. f. 1. f. 2.
Membrana nervosa, Tab. 7. f. 3.
Marsupialis, Tab. 28. Tab. 32.
Marsupium, Tab. 32.
Membranosus, Tab. 30.
Minimi digiti abductor, Tab. 22. f. 1. Tab. 24. f. 1. f. 2.
Minimi digiti abductor, Tab. 35. f. 2. Tab. 37. f. 1, f. 2.

N.

Nasi Dilatator, Tab. 7. f. 1.
Nasi constrictor, Tab. 7. f. 1.
Nervus opticus, Tab. 8. f. 5.
Nervus motorius, Tab. 8. f. 2.
Nonus humeri Placentini, Tab. 20. f. 1, 2.

O.

O.

Obliquus descendens, Tab. 1, 2.
Obliquus ascendens, Tab. 2, 3, 4.
Orbicularis Clausor, Tab. 7. f. 1.
Obliquus externus oculi, Tab. 8. f. 3, 5.
Obliquus internus oculi, Tab. 8. f. 3, 5.
Oculi Elevator, Tab. 8. f. 3.
Oculi abductor, Tab. 8. f. 3.
Oculi depressor, Tab. 8. f. 3.
Os squammosum, Tab. 7. f. 2, 3.
Os Petrosum, Tab. 8. f. 1.
Oesophagæus, Tab. 10. f. 7.
Obliqui Superiores, Tab. 17. f. 1, 2.
Obliqui Inferiores, Tab. 17. f. 1, 2.
Octavus humeri Placentini, Tab. 19.
Os occipitalis, Tab. 8. f. 1.
Os Humeri, Tab. 19.
Os Hyoides, Tab. 9. f. 2.
Ossa Pubis, Tab. 27, 32.
Obturator externus, Tab. 29, 30, 31, 32.
Obturator internus, Tab. 32.

P.

Processus Styloides, Tab. 7. f. 2, 4. Tab. 8. f. 1. Tab. 9. f. 2.
Processus Mastoides, Tab. 7. f. 3, 4.
Processus Zygomaticus, Tab. 7. f. 2.
Pectoralis, Tab. 1, 12.
Pyramidales, Tab. 3, 4, 5.
Peritonæum, Tab. 5.
Penis accelaratores, Tab. 6, 14. f. 1, 2.
Penis Directores, Tab. 6, 14. f. 1, 2.
Palpabræ Elevator, Tab. 7. f. 1.
Pterygoidei interni, Tab. 11. f. 1, 2.
Pterygopalatini, Tab. 11. f. 2.
Pterygoidei externi, Tab. 11. f. 1.
Palmaris, Tab. 21. f. 1, 2. Tab. 22.
Pollicis flexores, Tab. 21. f. 1, 2. Tab. 23. f. 1.
Pronator Radii Teres, Tab. 21. f. 1, 2. Tab. 22. f. 1, 2.
Perforatus, Tab. 21. f. 1.
Perforans, Tab. 21. f. 1.
Palmaris extra situm, Tab. 22. f. 1.
Pronator Quadratus, Tab. 22. f. 2. Tab. 24. f. 1.
Pollicis adductor, Tab. 23. f. 2.
Pollicis abductor, Tab. 22. f. 2. Tab. 23. f. 2. Tab. 25. f. 1, 2.
Pollicis flexor primus, Tab. 22. f. 2. Tab. 25. f. 1, 2.
Primus secundi Internodii pollicis, Tab. 22. f. 2.
Secundus Pollicis flexor, Tab. 25. f. 2.
Secundus & tertius secundi Internodii flexor, Tab. 25. f. 2.
Psoas, Tab. 27.
Pyriformis, Tab. 28, 29.
Plantaris, Tab. 33. f. 2. Tab. 35. f. 1.
Pollicis Tensor, Tab. 34. f. 2.
Peroneus secundus, Tab. 34. f. 1, 2. Tab. 36. f. 1.
Pollicis abductor, Tab. 34. f. 1.
Perforatus, Tab. 35. f. 1, 2. Tab. 37. f. 1 2.
Perforans, Tab. 35. f. 2.
Pollicis flexor, Tab. 35. f. 1, 2.
Peroneus primus, Tab. 36. f. 1, 2.
Pollicis adductor, Tab. 36. f. 1. Tab. 37. f. 1, 2.
Plantaris Tendo, Tab. 38. f. 2. Tab. 37. f. 1.

Q.

Quadratus, Tab. 11. f. 1.
Quadratus, Tab. 18, 29.
Quadrigeminus, Tab. 32.

R.

Rectus abdominis, Tab. 2, 3, 4.
Rectorum intersectiones, Tab. 3.
Recti extra situm, Tab. 5.
Pars Recti Intestini, Tab. 14. f. 1, 2.
Rhomboides, Tab. 15, 16, 19.
Recti majores, Tab. 17. f. 1, 2.
Recti minores, Tab. 17. f. 1, 2.
Rotundus, Tab. 19.
Radii supinator longus, Tab. 26. f. 1, 2.
Radii supinator brevis, Tab. 23. f. 1, 2.
Rectus Femoris, Tab. 27, 30, 31.

S.

Stapes & ejus musculus, Tab. 7. f. 7, 8.
Sternon, Tab. 13.
Serratus major anticus, Tab. 1, 12, 13.
Sphincter Ani, Tab. 6.
Sphincter vesicæ, Tab. 14. f. 1.
Serratus minor anticus, Tab. 13.
Sphincter Labiorum, Tab. 7. f. 1.
Superciliarum musculi, Tab. 7. f. 1.
Styloceratohyoides, Tab. 9. f. 1, f. 2. Tab. 10. f. 1.
Styloglossus, Tab. 9. f. 2. Tab. 10. f. 2.
Sternohyoides, Tab. 9. f. 1, 2. Tab. 10. f. 1.
Sternothyroides, Tab. 9. f. 1, 2. Tab. 10. f. 3.
Stylopharyngæus, Tab. 10. f. 7.

Sphænopharyngæus,

Sphænopharyngæus, Tab. 10. f. 7.
Sphænopalatini Tab. 11. f. 2.
Scalenus, Tab. 11. f. 3.
Subclavius, Tab. 13.
Scapula dextra, Tab. 20.
Subscapularis, Tab. 13. Tab. 15.
Suprascapularis superior, Tab. 15. Tab. 19.
Spina vertebrarum, Tab. 19.
Suprascapularis inferior, Tab. 15. Tab. 19.
Serratus posticus superior, Tab. 16.
Serratus posticus inferior, Tab. 16.
Sacrolumbus, Tab. 16.
Splenius Tab. 17. f. 1 Tab. 18.
Semispinatus, Tab. 17. f. 1. Tab. 18.
Spinati, Tab. 17. f. 2.
Sacer, Tab. 18.
Spina ossis Ileum, Tab. 27. Tab. 28.
Sartorius, Tab. 30.
Supinator Radij longus, Tab. 26. f. 1. f. 2.
Supinator Radij brevis, Tab. 23. f. 1, 2. Tab. 2. Tab. 26. f. 1. f. 2.
Seminervosus, Tab. 32.
Semimembranosus, Tab. 32.
Subpoplitæus, Tab. 33 f. 2. Tab. 35. f. 1.

T.

Transversalis abdominis, Tab. 5.
Temporalis, Tab. 7. f. 1. Tab. 11. f. 1.
Trochlearis Musculus, Tab. 8. f. 5.
Trochlea ipsa, Tab. 8. f. 5.
Tympanum, Tab. 7. f. 4. Tab. 8. f. 1.
Tympani externus Musculus, Tab. 7. Tab. 8 f. 4. f. 5. f. 6. Tab. 8. f. 6.
Tympani internus Musculus, Tab. 7. Tab. 8. fig. 5. f. 9. 6. Tab. 8. f. 6.
Thyroarytenoides, Tab. 10. f. 4. f. 6.
Transversalis Colli, Tab. 17. f. Tab. 18.
Trigeminus, Tab. 18.
Triceps, Tab. 29. Tab. 30. Tab. 31.
Transversalis, Tab. 34. f. 1. Tab. 36. f. 2. Tab. 37. f. 3.
Tibiæus anticus, Tab. 34. f. 2. Tab. 36. f. 1.
Tibæus posticus. Tab. 34. f. 1. Tab. 35. f. 1, 2. Tab. 36. f. 2.

V.

Vuula. Tab. 11. f. 2.
Vastus externus, Tab. 31.
Vastus internus, Tab. 30. Tab. 31.
Vesicæ sphincter, Tab. 14. f. 1.
Vesicæ cervix, Tab. 14. f. 1.

Z.

Zygomaticus Riolani, Tab. 7. f. 1.

FINIS INDICIS.